

## **Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Praecepta Pars ...**

Tractatus I. Prooemialis De Principiis communibus Doctrinæ Moralis,  
Conscientia, Actu Humano, Et Peccato In Genere

**Sporer, Patricius**

**Salisburgi, 1713**

Caput III. De Bonitate & malitia Actuum humanorum; eorumque  
Comparatione, & Regulis externis, obiter.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59488](#)

¶: ¶: ¶: ¶: ¶: ¶:

## CAPUT III.

DE

# BONITATE, ET MALITIA

*Actuum humanorum; eorumque Com-  
paratione, & Regulis externis,  
obiter.*

Materia hoc capite examinanda, Scholasti-  
ca potius est, quam moralis: ne tamen  
omnino mancus videar, delibabo, quā potero,  
brevitate, illa saltem, quae pro moralibus intelli-  
gendi magis utilia, & necessaria videbuntur, &  
more solito locis opportunis ad moralia, & casus  
applicabo. Et quia ad bonitatem, & malitiam,  
aut indifferentiam actūs humani non tantum ob-  
jectum, finis, & circumstantiae concurrunt, sed  
etiam regulæ extrinsecæ, commodè sub uno ca-  
pite hæc omnia breviter (quantum Theologo  
moralis sufficit) expediuntur per sex distinctas Se-  
ctiones. Qua in re sit hæc generalis

## SECTIO I.

*De Bonitate, & Malitia actuum humanorum  
in genere.*

### SUMMARIUM.

1. Bonitas moralis actūs humani est ejus rectitudo, seu per-  
fictio, & integritas, conformata, & commensurata.
2. Ad rectam rationem, seu actuale dictamen conscientie.

24

3. Vel

9. Vel ad legem extrinsecam per illud dictamen voluntatis applicatam.  
 4. Malitia è contra est privatio ejusdem restitutionis inesse debita.  
 5. Regula generalis.

## ASSERTIO I.

**B**onitas moralis actus humani est restitutio  
 Elitus secundum rectam rationem vel legem  
 Malitia vero moralis est privatio restitutio  
 nis secundum rationem, vel legem debita inesse alio  
 vel potentia. Hanc ex communi doctrina, et  
 Scoti, credo sufficere Theol. Morali obiter in  
 lectam. Brevis ergo, & clara sit explicatio.

## §. I.

**R**estitutio Actus: hoc est: Perfectio, scilicet  
 gratas actus conformata, & quasi commen  
 surata suæ regulæ. Duplex enim est bonitas mo  
 ralis, absoluta, & respectiva. Bonitas moralis ab  
 soluta, & quasi fundamentalis est ipsa perfectio  
 seu integritas actus, secundum quam ipsi nihil de  
 est eorum, quæ in quantum humano, & libere  
 habere debet: sicut è contra malitia moralis op  
 posita consistit in defectu, seu privatione ejusmo  
 di perfectionis & integritatis, quâ nimis aliud  
 vel potentiae aliquid deest eorum, quæ secundum  
 rectam rationem habere deberet. Uti optimè ex  
 plicat S. Thomas I. 2. q. 18. a. 1. concludens  
 Omnis actio, in quantum habet aliquid de effici  
 tantum habet de bonitate: in quantum vero deficit  
 ei aliquid de plenitudine essendi, que debetur  
 rationi humane, in tantum deficit à bonitate, & sic de  
 citur

citur mala. Et docet Scotus in 2. d. 40. q. 1. Ubi dicit Bonitatem actus moralis esse aggregationem omnium convenientium actui secundum rectam rationem. Et clarius in 3. d. 36. q. unicâ dicit: Quod bonitas actus moralis sit quasi quidam decor illius, includens debitam proportionem ad omnia, ad quæ debet actus proportionari; ad potentiam, ad objectum, ad finem, ad tempus, ad locum, ad modum &c. Bonitas moralis respectiva, & quasi formalis omnium consensu, & calamo consistit in conformitate aliqua ad rectam rationem, vel legem, ut sequitur.

§. II.

**S**ecundum rectam rationem. Hic aliqui cum Suarez in Metaph. disput. 10. Sect. 2. intelligunt rectam rationem veluti radicalem, & in actu primo, nim. ipsam naturam, seu substantiam rationalem. Alij communiter etiam Scotistæ cum Scoto supra intelligunt rectam rationem in actu secundo, seu ipsum actuale dictamen rectæ rationis practicæ, quod dicitur conscientia. Utrumque verum puto, & dicendum, quod bonitas moralis formaliter, & in actu exercito consistat in conformitate actus ad dictamen rectæ rationis: objectivè vero, & velut in actu signato consistat in conformitate actus ad substantiam rationalem, quatenus nimirum per congenitum sibi lumen naturale, legem naturalem, Synteresin &c. operativa est: si sunt è contra malitia moralis in opposita disformitate, vel conformitatis privatione similiter diti invenienda. Ideò enim actus formaliter, & exercitè

Qs

bonus

bonus est v. g. dare eleemosynam; aut malus, furari, quia conformis est, aut difformis acti dictamini rectæ rationis: Et ideo recta ratio stat, talem actum esse bonum, aut malum, supponit, & saltem naturâ prius judicat, ipsumjectum in se esse bonum, aut malum, per conmitatem, aut difformitatem ad aliquam aliam agulam intrinsecam, certè nullam aliam assignem, nisi ipsam substantiam rationalem ita operari naturaliter exigentem, vel refugientem, q nim. ita operari conveniat, vel disconveniat, ceat, vel dedebeat substantiam rationalem: go &c. Video, non satis capis ista. En tibi riorem regulam exttinsecam.

## §. III.

**V**er El legens. Actus enim moralis, bonus, malus dicitur, quatenus fit à principio, labili per regulas rectæ rationis, alioquin debili: atqui experientiâ notissimum est, non sibi ipsam voluntatem humanam esse defectibilem, operando, seu eligendo bonum præ malo, hanc stum præ in honesto: sed etiam ipsum intellectum seu rationem esse, defectibilem in dijudicando, & malo, honesto, & in honesto, decente, dedecente substantiam rationalem: & ideo possunt leges extrinsecæ velut regulæ, qua regrent, ac dirigerent simul & intellectum ad res dijudicandum, & voluntatem ad recte operandum, conformiter ad substantiam rationalem: ergo nitas, & malitia actus humani objectivæ & laudari oportet saltem consilium etiam in conformitate,

disformitate ad legem DEI æternam, à qua omnis alia lex derivatur. Atque adeò in omni actu bono moraliter, præterbonitatem illam absolutam, & fundamentalem, quæ est perfectio, seu integritas actus in suo esse morali n. 1. explicata, est duplex bonitas respectiva, una primaria, sed quasi Philosophica, scilicet conformitas ad rectam rationem jam n. 2. explicata: altera secundaria quidem Philosophicè, sed maximè Theologica, scil. conformitas ad legem, præsertim divinam æternam, modo assignata. Eodem modo è converso in omni actu malo moraliter reperitur totuplex malitia opposita **bene expressa in definitione mox explicanda.**

§. IV.

**M**alitia moralis est. I. Privatio rectitudinis. Hic jam involvitur malitia moralis absoluta, quæ est privatio perfectionis seu integratatis actus debitæ, explicata n. 1. II. Rectitudinis secundum rectam rationem vel legem. Exprimitur duplex malitia respectiva: Una Philosophica, & primaria, ac velut intimior actui, quæ consistit in disformitate seu privatione conformitatis ad rectam rationem explicatam n. 2. Altera Theologica, consistens in privatione conformitatis ad legem, præsertim divinam æternam, cuius potissima habetur ratio in Theologia: ut infra c. 4. Sect. I. explicantes definitionem peccati, iterum notabimus. III. Rectitudinis debita inesse. Non enim privatio cuiusvis rectitudinis potentis inesse actui est malitia moralis seu peccatum: Sed illius tantum

tum rectitudinis, quæ secundum rectam rationem vel legem deberet inesse. IV. Actui, vel potentia. Ut nimis comprehendatur omnis malitia peccati, non tantum in commissionis, ubi rectitudo deberet inesse actui: sed etiam omissionis, ubi rectitudo deberet inesse potentiae obligatae ad actionem, non omittendum. Hic etiam facile comprehenditur actus ita intrinsecè malos, ut nullius caput est: Usque ad hanc, mendacium, quibus proinde non potest inesse privatio, sed inest mera negatio rectitudinis, inest tamen privatio vera rectitudinis debitae potentiae, seu voluntati, quæ secundum relationem & legem quam maximè deberet in esse, omittere. Sed scio aliter explicari à Scottis: B. fors non pro captu tuo. Hoc solum advertas nolim, nos in actu malo, seu peccato non negare tiam malitiam positivam, quæ consistit in pollicita diffinitate, seu relatione disconveniente, vel repugnantiae ad rectam rationem, vel legem quam Scotus quodlibeto. 18. q. I. relatione dissonantiae vocat: sed haec tunc solum proprieta rectae rationis. At vero malitia privativa, seu privatio rectitudinis vel conformitatis haec enim explicata universalis est omni peccato, sive qui percepit cum actuali dictamine practico contrario, in illo, utpote cum dubio practico. Jam portendendum est, à quoniam actus humanus sunt causaliter.

Regula Generalis

semper pra oculis habenda.

**A**ctus humanus sumit suam bonitatem, & **s**umit malitiam extrinsecè, & causaliter ab objecto, fine, & circumstantijs. Atque ut bonus moraliter sit, omnia hæc concurrentia, objectum, finem, ac circumstantias, bene cognita esse necesse est: Ut verò malus moraliter sit, sufficit unum aliquid eorum malum cognitum esse, juxta celeberrimum & receptissimum dictum *D. Dionisij lib. de divinis Nominib. c. 4. Bonum est ex integra causa, malum verò ex defectu enjuslibet.* Hæc porro sigillatim explicanda sunt.

SECTIO II.

Bonitas, & Malitia moralis ex objecto.

SUMMARIA.

6. *Alius humanus bonitatem, aut malitiam (in genere moris) sibi essentialem, ac*
7. *Specificam seu primariam, solum accidentaliter, & ex-trinsecè adhuc ulterius determinativilem, sumit*
8. *Ab objecto bono, vel malo ut tali cognito:*
9. *Hoc est: sub bonitate, vel malitia, præcepto, vel prohibi-tione ab intellectu voluntati offenso, bonitate quidem directè, malitia verò indirectè volitâ, vel intentâ.*

ASSERTIO II.

**A**ctus humanus sumit suam bonitatem aus-us malitiæ essentialem, ac specificam ab objecto bono, vel malo cognito, bonitate quidem directè, malitiâ verò indirectè volitâ, vel intentâ. Com-munis DD. cum D. Thoma I. 2. q. 18. a. 2. Sco-tocit. Quodl. 18. n. 1. Explico.

S. L.

## §. I.

**B**onitatem, aut malitiam essentialē, & mariam. Quia sicut omnis actus in esse natura accipit primariō suā essentiam, & specificā nem ab ipso objecto, in quod tendit: ita et omnis actus humanus, & moralis in esse moralis quatenus conformis, vel disformis est rectā ratione, hanc suā moralē essentiam, ac specificā nem, adeoque essentialē, ac specificā bonitatem, aut malitiam primariō sumere debet ab objecto, quod in se bonum, vel malum, conformis vel disforme est rectae rationi. Adeo, ut si  
Etum bonum sit certā quādam habitudine conmitatis ad rectam rationem, vel legem, etiam  
circa illud objectum moraliter bonus erit,  
quādam specie virtutis: ut dare eleemosynā  
specie misericordiæ &c. Contrà vero, si objectum  
malum sit certā quādam ratione dissonantia  
rectam rationem, vel legem: etiam actus circa  
le objectum malus erit in certa specie, ut fur  
in specie iniustitiae. Itaque

## §. II.

**B**onitatem, ac malitiam *specificā*, Bonitatem & malitia actūs desumpta ab objecto licet  
verā specificā completa essentialiter, nihilom  
adhuc rectè dicitur bonitas, ac malitia generis  
*ex genere*, respectu circumstantiarum: non quod  
quasi essentialiter contrahatur per bonitatem  
ac malitiam desumendam à circumstantijs,  
quam per differentias specificas, hoc enim im  
pibile est: sed quod illa bonitas ac malitia ab  
objecto

jecto, accidentaliter adhuc determinabilis sit per bonitates, & malitias accidentaliter convenientes ex circumstantijs, v. g. dare eleemosynam ex objecto habet bonitatem essentialē specificam completam in specie virtutis misericordiæ: attamen perfinem, & circumstantias potest ipsi aut advenire nova bonitas, ut si fiat ad gloriam DEI, aut potest novâ malitiâ corrupti, ut si fiat ad captandam vanam gloriam. Ex hâc ratione recte Scotus in 2. d. 7. triplicem distinguit bonitatem moralē: genericam, quæ provenit ex objecto secundum le sumpto, modo jam explicato: specificam, seu virtuosam, quæ convenit actui sumpto in suis debitis circumstantijs: & specialem, gratitudinem, seu meritoriam, quæ convenit actui ut factio ab homine in statu gratiæ, & charitatis, ratione cuius meritorius est vitæ æternæ.

§. III.

**A**b objecto bono, vel malo. Bonitas ergo, & malitia moralis formaliter quidem est in ipsis actibus voluntarijs elicitis, vel imperatis, fundamentaliter vero est in ipsis objectis, & causaliter ab objectis, ut dictum est, ad eum modum propotionaliter, sicut veritas, & falsitas formaliter est in ipsis actibus intellectus, fundamentaliter vero, & causaliter est in ipsis objectis, quæ quia ita se habent, vel non ita se habent, sicut cognoscuntur, vel repräsentantur, causant cognitionem veram, vel falsam. Unde actus humani alij dicuntur boni vel mali intrinsece, & ex objecto per se: ut amare DEum, & proximum &c. sunt actus boni

ni

ni intrinsecè, & ex objecto per se : quia ex natura  
& objecto suo naturalem conformitatem habent  
ad rectam rationem : seclusâ etiam omni aliâ lege  
Et licet etiam legibus præcipiantur, non rati  
ideo boni sunt, quia præcipiuntur ; sed ideo pa  
cipiuntur, quia tam boni sunt. E contrario  
DEI, & proximi sunt actus intrinsecè mali, &  
objecto per se, quia ex natura, & objecto suu  
ralem habent deformitatem contra rectam rati  
nem, seclusâ etiam omni aliâ lege. Et licet en  
legibus prohibeantur, non ideo tamen mali sunt  
quia prohibiti, sed ideo prohibiti, quia malitiæ  
Alij actus dicuntur boni, vel mali ex obligatio  
legis tantum, & sumunt suam bonitatem, vel mali  
litiam ex objecto per accidens, scil. ratione legi  
per accidens supervenientis tali materia : ideo  
præcisè boni sunt, quia præcipiuntur, aut ma  
quia prohibentur : v. g. die jejuni abstinere,  
vesci carnibus. Unde actus per se mali, ca  
paribus, semper graviora peccata censendi su  
quam actus mali ex sola prohibitione legis.

*Marchant. Tribun. p. I. Tract. 3. tit. 3. q. 2.*

## §. IV.

**A** *Objecto bono, vel malo cognito, utique fe  
titi  
malitiam, cum nihil possit fieri volitum, nisi pri  
cognitum. At quoad volitum bonum, & mali  
hoc discriminem est. Ad hoc ut acius sumat boni  
tem ab objecto bono, & honesto cognito, de  
objectum esse volitum, ut bonum, & honestum  
est, seu debet appeti à voluntate intuitu ipsius boni.*

tatis, ac honestatis, saltem implicitè, & virtualiter,  
ad minimum sic, ut voluntas eo actu ita disposita  
sit, ut nullo modo agere vellet, si non esset bonum  
& honestum, vel si esset illicitum. Unde voluntas  
exercens aliquem actum, etsi secundum se, & ex  
objecto suo honestum, (exempla obvia) nullā  
tamen prorsus habitā ratione ipsius honestatis, sed  
præcise propter ejus utilitatem, vel delectationem;  
forte etiam actura, etiam si minimè honestus, vel  
etiam inhonestus esset, reverā non faceret actum  
honestum. Ratio autem est: quia bonum est ex in-  
tegrā causa: atqui objectum est causa bonitatis  
actus, non materialiter sumptum, sed formaliter  
ut bonum honestum est: & sicut objectum volatio-  
nis ut sic, est bonum ut sic, ita sane objectum hujus  
in specie volitionis bonæ honestæ est bonum ho-  
nestum in specie: ergo &c. At contrā vero, ad hoc,  
ut actus sit malus ex objectio minimè necesse est;  
ut tendat in objectum ut malum, vel inhonestum  
est: seu ut fiat propter ipsam inhonestatem, vel tur-  
pitudinem directè volitam, & intentam, hoc enim  
impossibile est. Quia *Nemo intendens ad malum;*  
*operatur*: sed sufficit velle objectum, quod defacto  
proponitur ut malum, inhonestum, vel turpe, tam-  
en voluntas quam maximè præscindat, excludat,  
fuit, & detestetur ipsam malitiā, vel turpi-  
tudinem: Quia eò ipso, quo voluntas vult actum  
circa objectum delectabile, vel utile, actu tamen  
propositum ut malum inhonestum; indirectè con-  
vincitur velle ipsam etiam malitiam, vel turpitū-  
dinem peccati. Ratio è converso est: quia malum

THEOL. MORAL. PARS I.

R

est

est ex quolibet defectu. Adeoque ut actus circa obiectum malum malus sit, non opus est voluntatem omnia velle in objecto, etiam ipsam malitiam sed sufficit velle ipsum objectum, vel aliquod objecto, quod defacto proponitur, vel cognoscitur esse malum.

### S E C T I O III.

#### *Bonitas, & malitia moralis ex fin.* SUMMARIUM.

20. Finis hinc est id, cuius gratia aliquid sit. Aliusque intrinsecus, altus operantis, & extrinsecus.
21. Actus internus etiam primariam, & specificam honestatem, vel malitiam sumere solet a fine; extrinsecus solum secundariam, & accidentalem.
22. Finis ab alijs circumstantijs in hoc praeceptu differtur, quod is semper directe, & primario sit honestus, verò indirecte, & secundario.
23. Regule generalis circa finem Particularius autem.
24. Altus bonus propter finem bonum, accipit ab eius specie bonitatis; immo tot, quos ei diversi funguntur.
25. Sicut è contra, actus malus ob finem malum, ad duplum malitiam, unam ab objecto, alias ab immo tot quocum fines diversi prefiguntur.
26. Actus bonus propter finem malum, amissa honestate objecto, fit simpliciter malus.
27. Actus malus à nullo fine bono bonus fieri potest, & manet semper malus.
28. Actus indifferens à fine bono fit bonus; à malo ab indifferenti manet indifferens.
29. **F**inis dicitur id, cuius gratia alignis sit: propter quod consequendum operamur. Fins dicitur finis operis: & intrinsecus & extrinsecus.

quod ipsum opus, vel actus ex natura sua ordinatur, atque in ipso opere, vel ejus objecto intrinsece includitur, ut dare eleemosynam pauperis miseris corporalis sublevandæ gratiâ: Studere, sciendi: mederi, sanandi: furari, habendi: fornicari, delectandi gratiâ. Et universaliter, aetius moraliter boni finis intrinsecus dicitur ipsa honestas, actus mali vero, voluptas, vel utilitas, conjuncta inhonestati: juxta paulo ante dicta num. 9. Alius dicitur finis *operantis*, & extrinsecus, quem nimirum operans mero arbitrio suo operi præstuit: Ut dare eleemosynam ob vanam gloriam captandam: studere ob divitias, vel honores consequendos. Porro duo circa finem concurrunt actus: Intentio, & Electio. Intentio est actus voluntatis efficaciter volentis consequi finem per media opportuna: ideoque habet suam bonitatem, aut malitiam ab ipso fine, non ut finis est, sed præcisè ut objectum est, juxta dicta *sett.* præced. Electio, vel usus dicitur omnis alius actus, qui fit, vel ordinatur ad, & propter alium finem consequendum tanquam medium: & de hoc queritur, quomodo sumat suam bonitatem, & malitiam a fine bono, vel malo, propter quem fit?

### ASSERTIO III.

**A**ctus humanus sumit suam bonitatem & malitiam, internus quidem primariam specificatio: exterius vero secundariam, & accidentalem: tanquam a fine, propter quem fit: Communis:

R 2

§. I.

## §. I.

**I**11 RATIO assertionis est. Quia universaliter minis actus accipit suam specificationem, tantum ab objecto materiali, in quod tendit, quam potius ab objecto, vel motivo formalis, secundum quod tendit in objectum: atque finis intenue verissime objectum, & motivum formale, secundum quod, seu propter quod voluntas acti in uno vult per actum externum tendere in tale objectum: ergo actus humanus internus sumit primariam, & specificam suam bonitatem, & malitiam fine, in quem tendit. Unde & Aristoteles ab omnibus receptus s. Ethic. c. 2. ait: eum, qui fur adulterandi gratiâ, magis adulterum esse, quam furem. Quia juxta aliud ejusdem dictum: Propter quod unumquodque tale, ipsum est magis. At in proposito, propter adulterium furtum volitum: igitur adulterium magis volitum est. Atqui ulterius ipsi soli actui interno per se primario competit intendere finem, & propter facili agere, eligendo media, & imperando actus exter nos in ordine ad tales finem, actibus vero exter nis mere per accidens est, quod ita elegantur, dividuntur, & imperentur ad tales extrinsecum finem: ergo finis actui interno tantum tribuit honestatem, vel malitiam primariam specificam, ad finem vero externis imperatis solum secundariam, & accidentalem, tanquam mera circumstantia. Unde

## §. II.

**I**12 Finitis rectè quidem numeratur inter circumstantias nomine CUR, & est verissima

circumstantia respectu actuum externorum, quibus sicut quævis alia circumstantia, seu directè, seu indirectè volita, accidentariam tantum bonitatem, vel malitiam tribuit: differt tamen singulariter ab aliis circumstantiis respectu actuum internum. Finis enim semper directè & primariò est volitus, ac intentus, ideoque tanquam objectum, & motivum formale primariam, & specificam bonitatem, aut malitiam tribuit actui interno, & hoc mediante solum secundariò, & accidentalem actui externo volito propter illum sinem, ut dictum est. Aliæ verò circumstantiæ Quia, quid, ubi &c. ut circumstantiæ solum indirectè, & secundariò sunt volitæ cum actu externo, vel objecto ita circumstantionato, ideoque bonitatem suam, aut malitiam accidentariam primariò tribuunt actui externo, & hoc mediante, secundariò solum actui interno volenti actum externum, vel objectum cum talibus circumstantiis. V.g. Circumstantia rei sacræ in furto scilicet, malitiam suam primariò tribuit furto externo, & secundariò solum afficit, & malum reddit actum internum, quo quis cognitâ, eâ circumstantiâ, nihilominus vult furari. Cæterum, quod si aliae etiam circumstantiæ directè volitæ, & intentæ sint, ut si velis ideo furari rem, quia sacra est, aut cognoscere tales, quia aliena est, respectu actus externi quidem manebunt circumstantiæ ut finis, accidentalem tantum malitiam tribuentes: at respectu actus interni desinunt esse circumstantiæ, & sunt objectum saltem partiale

principale, idēoque illi actui interno jam p[er]m  
niā quādam bonitatem vel malitiam inbū  
sicut finis. Et h[oc] rationale intelligenda est la  
tentia Cajetani, & aliorum, qui volunt, actu  
ternum nullas habere circumstantias, eo quod  
minis circumstantia actus externi, respectu in  
induā rationem objecti. Quod verum est de  
circumstantiis directe, & primariō volitis, ut mo  
dictum fuit. Non item de circumstantiis in  
delle, & secundariō volitis. An enim ha  
etum potius, quād circumstantiae actus in  
dicendae sint, vana est lis de nomine. Sat he  
nus speculationi datum: porro moralia con  
temur,

## §. III.

*Regula generaliores circa finem.*

**43** **F**inis bonus non reddit actum bonum, m  
reat omni malitiā ex objecto, & aliis circu  
stantiis. Quia: *bonum est ex integrā causa*,  
nis autem malus semper reddit actum malum,  
alijs ex objecto & omnibus alijs circumsta  
optimum. Quia *malum est ex quolibet defi*  
Et universaliter verum est: *Cujus finis malu  
ipsum quoquā malum est*, Non contrā: C  
finis bonus est, ipsum quoque bonum est: ob  
dem rationem. Ex quibus enascitur alia m  
regula. I. Finis bonus ex se bono vel indiffe  
ti tribuit bonitatem. II. Nullus finis bonu  
etum de se malum, bonum efficit. III. O  
finis malus malum efficit aetum ad se ordinat

Verum clarioris doctrinæ gratiâ in re maximè  
morali, ac communissimæ praxis operæ pretium  
est, ut scit.

§. IV.

*Applicatio particularis finis.*

**N**ota: actum septem modis posse esse propter  
finem: seu, quod idem est: Intentio finis  
septem modis potest se habere ad electionem me-  
diorum.

1. *Actus bonus propter finem bonum,*

**A**ccipit à fine novam speciem bonitatis, imò 14  
tot species bonitatis accipit, quot ei diversi  
fines boni præfiguntur: v. g. dare eleemosynam  
pauperi ad honorem Dei, simul ac ad satisfacien-  
dum pro peccatis: ex objecto habet bonitatem e-  
leemosynæ seu misericordiæ: ex fine autem du-  
plici, alias duplē habet bonitatem, scil. vir-  
tutis Religionis, & Pœnitentia. Omnis ergo  
actus bonus propter finem bonum duplē ad  
minus bonitatem habet, unam ex objecto, alteram  
à fine; & vera est communior sententia: nim.  
Electio boni medii ordinati ad bonum finem du-  
plē habet bonitatem, unam à fine, alteram ab  
objecto, seu medio electo. Quod à fine habeat,  
omnes consentiunt: quod etiam à medio electo  
probatur: Omnis actus voluntatis tendens in ob-  
jectum bonum, & honestum, quā tale est, ita ut  
ipsa ejus bonitas, & honestas per se intendatur.  
sumit inde bonitatem: atqui electio medii boni,

R 4

v. g.

v.g. temperantiæ ad conservandam castitatem, & tendit in objectum bonum, & honestum tale, seu ut bonum, & honestum est hujus virtutis, seu propter ipsam ejus: specialē proprietatem, & honestatē: ergo electio talis est medii ab ipso medio, eeu objecto proprio, haec bonitatem propriam, & quidem formalem, materialem tantum, ut male vocant adverberia, quia bonitas per se intenta ab agente, est formalis bonitas. Nec obstat: quod non appetatur a matre propter seipsum, sed ulterius propter aliam finem bonum: Nam si appeteretur propter ipsum, non referendo ad alium finem, utique bonitas formalis electionis ex objecto: hanc bonitatem non tollit, vel destruit, sed perficit, quod ulterius referatur ad alium finem bonum: neque enim hoc facit illum actuū minus, sed potius magis conformem recte ratione ergo electio boni medii ad bonum finem rem propriam formalem bonitatem ex objecto, medio electo. Denique alioquin sequeretur, quod ille non melius operaretur, qui eligeret medium melius, perfectius, & excellentius ad bonum finem, v.g. castitatem præ conjugio; quam eligeret medium minus perfectum, puta, congiūm præ castitate: quia idem finis eandem tantum utrvis bonitatem communicaret: consequens est inconveniens, ergo dicendum est, electione habere etiam propriam bonitatem ab objecto, medio electo bono: dummodo etiam ipsa ejus honestas seu honestas sit per se directe intenta ac

ta, juxta generatim dicta suprà num. 9. Alioquin, si aliquid, et si bonum, minimè tamen attentâ ejus bonitate morali, præcisè ut medium utile arriperetur ad aliquem finem bosum, v. g. abstinentia à vino, & calidis, ad tuendam castitatem, fatendum erit, habere unam, & totam bonitatem ex fine, nullam verò ex medio electo.

*II. Actus malus propter finem malum,*

**D**uplicem accipit malitiam, unam ab objec-  
to, seu medio malo electo, aliam à fine  
malo præfixo, & intento: imò tot malitias, quot  
fines mali diversi præfiguntur: eásque aliquando  
quidem specie diversas, utpote diversis virtuti-  
bus repugnantes, ut si velis furari adulterandi  
gratiâ: occidere alterum, ut bona auferas, uxore  
potiaris: &c. aliquando verò solo numero diver-  
sas, eidem scil. virtuti repugnantes, ut huic furari  
claves, scalas, instrumenta, ut alteri fureris pe-  
cunias: Aliquando verò etiam eandem numero  
malitiam constituunt; quando scilicet malitia me-  
dii ejusdem speciei cum fine malo ex natura sua  
perse, vel ordinariè conjuncta esse solet: ut tactus  
impudici in ordine ad fornicationem. Illi enim  
per se ad fornicationem ordinantur, eàmque or-  
dinariè præcedere solent, tanquam media, dispo-  
sitiones & inchoationes actus principalis intenti,  
ideoque cum ipso actu idem numero peccatum  
constituunt, ut proinde in Confessione, expli-  
cato actu principali fornicationis, opus non sit  
explicare tactus, & actus prævios ordinariè præ-

R 5

ce-

cedere solitos. Ex communi doctrina Suarri p. tot. disp. 22. Alii. Ceterum ut actus malus propter finem malum sumat duplum malitiam ex objecto, & ex fine, minime opus est, ut ipsa malitia seu objecti, seu finis per se volita, & intenta sit, sicut in actu bono propter finem bonum sed sufficit esse cognitam, ideoque voluntam inducere: ratio data est supra num. 9.

### III. Actus bonus propter finem malum.

**D**estructâ bonitate ex objecto, simplicitate redditur malus ex fine: seu ut dici solet intentione prava, seu finis mali depravat, seu virtus corrumpit opus, ac electionem cuiuscunq[ue] mali: Et: *Cujus finis malus est, ipsum quoque malum est.* Ad hoc autem necesse est, ut opus, electione medi verè afficiatur ab intentione malitiae, ac fiat primariò, & directè propter illum malum finem tanquam veram causam finalē motivā: ut, si ita velis dare eleemosynam ad captivitatem vanam gloriam, aut pauperi pueræ ad honestum, ut nisi pravum ejusmodi finem intenderes, omnino positiè eleemosynam non nolles. Tunc enim sine dubio vitiatur actus eleemosynæ, et si ex objecto optimus. Quia malum est ex quolibet defectu: gravis autem, & pravus defectus est, actum etiam bonum principaliter propter finem malum. Secus dicendum, si intentione finis malis haberet se solum consecutivam concomitanter, vel etiam ut causa impulsiva tamen ad actum bonum. Ut si absoluta bona lo-

tentione velis orare Deum, & primò post orationem, vel interim dum oras, simul vanam gloriam captas, vel etiam antecedenter solum impelleris ad orandum à vana gloria: non quod principaliter intendas per orationem consequi vanam gloriam, & aliter orare positivè nolles, sed solum, quod hic & nunc non velles forte, vel non movereris ad orandum, nisi te vana gloria impelleret, ne aliis minus religiosus, vel devotus videaris: oratio illa manebit moraliter bona, imò etiam meritoria, quia propriè non afficitur ab illa intentione prava, quæ, quia venialiter tantum mala est, non tollit statum merendi, nisi respectu actionis, quam inficit: alioquin certà puerorum, & Religiorum etiam Tyronum actibus bonis plerumque negandum esset meritum.

V. Autus malus propter finem bonum,

**E**st, & manet malus neque ab ullo fine quan- 17  
tumvis bono ullius bonitatis capax est. Ut si fueris, ut des eienmosynam. Eccli. 34. Im-  
molantis ex iniquo, oblatio est maculata. Et A-  
postolus Rom. 3. dicit justam esse damnationem  
corum, qui dicunt: *Faciamus mala, ut veniant  
bona.* Ex quibus D. Augustinus Enchiridii c.  
22. ostendit, mentiri, ut alteri prosis, semper esse  
peccatum. Et lib. contra mendacium c. 7. uni-  
versaliter concludit. Ea, quæ constat, esse pecca-  
ta, nullo bona cause obtentu, nullo quasi bono fine,  
nullà velut bonâ intentione facienda sunt. Ratio  
semper eadem est. Quia Bonum est ex integra  
causa

causa : malum ex quolibet defectu. Magnus  
tem defectus est malitia ipsius objecti. Ne-  
folūm mala manet electio medii mali ad finē  
bonūm , verū etiam inficit , & malam re-  
ipsam intentionem efficacem , & determinatam  
nis boni per tale medium malum , ut si velis de-  
eleemosynam efficaciter & determinate per  
tum rei alienæ , &c. non solūm velle furari ad  
dam eleemosynam , sed etiam velle dare ele-  
mosynam per tale medium , furtum scil. peccati  
erit , secundūm omnes . Quòd si verò quis in-  
deret finem bonum , v.g. dare eleemosynam ,  
cuperare sanitatem , &c. volitione solūm sim-  
plici , vel efficaci indeterminatā ad certum medium  
sed solūm in confuso , per media opportuna ,  
congrua , & postea alio distincto actu eliga-  
dium malum , utpote furtum ad eleemosynam  
superstitiosum medicamen ad sanitatem : hæc po-  
sterior electio non poterit inficere intentionem  
priorēm simplicem , vel indeterminatam . Ad  
madvertendum etiam hic est . I. In legibus pri-  
tivis , intentio boni , & necessarii finis sèpè ca-  
cusat à transgressione . Ut si die festo velis la-  
rare ad succurrentum Pauperi , cui aliter com-  
mè succurrere nequias : aut negligere Sacrum ,  
servias infirmo , &c. quia in tali casu censentur  
ges illæ Ecclesiasticæ cessare obligare . II. Ne-  
gari non potest universaliter , intentionem boni  
finis aliqualiter minuere culpam electionis ma-  
dii , cuius malitiam aliqualiter occultat la-  
specie boni prætentī , ideoque minis cognitam  
& v.

& voluntatiam reddit. Quâ ratione D. August. l. contramendacum c. 8. dicit. *Peior est, quicunque concupiscendo, quam qui miserando furatur.* Nec contradicit Idem tom. 10. hom. 7. relatus c. fortè 14. q. 5. *Si totum fur tribuat pauperibus, quod abstulerat, addit poenitentia, quam minuat delictum.* Verum hoc enim est per accidens tantum: Quia fur rem alienam, quam deberet restituere; pauperibus largiendo consumens, reddit se impotentem restituere eandem rem, vel in æquivalenti, supposito, quod aliunde non habeat. III. Fautendum omnino est, hâc in re sæpiissimè ignorantiam, bonam fidem, ac simplicitatem omnino excusare à peccato, secundum omnes. De mendacii in scripta relatis, atque adeò commendatis multorum, consulendi sunt Interpretes, & Doctores in propria materia.

V. *Actus indifferens propter finem bonum,*  
Primam, & unicam bonitatem suam habet à 18 fine bono: ut ambulare devotæ peregrinatio- nis causâ; comedere, bibere, dormire ad refi- tiendas vires in servitio Dei, &c. solam, & u- nam bonitatem habet virtutis Religionis. Vide D. Gregor. l. 18. Moral. c. 6. Ubi ad proposi- tum bene explicat illud Christi. Matth. 6. *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus lucidum erit.* Potest etiam fieri actus bonus propter finem indifferenter, ut oratio, eleemosyna, &c. pro imperanda sanitate, &c.

VI. A-

VII. *Actus indifferens propter finem mali-*

**H**abet etiam unicam malitiam ex fine, ambulare, loqui, donare, luxurie causa. Sicut contra, si fieret actus malus propter finem indifferentem, ut medium magnum profanatio: &c.

VII. *Actus indifferens propter finem indi-*  
ferentem,

**T**ambulare, comedere, bibere, fricassierbam solius refectionis, vel recreationis gratia: in specie omnino manet indifferens. Hoc etiam in individuo, *infra n. 31.* mentio fiet. In dictis adnota; quando in confessione explicata sit intentio finis? Quando nimis intentio malis afficiens actum, mortal is est, ut in 2. 4. 6.

## SECTIO IV.

*Bonitas, & malitia moralis ex circum-*  
stantiis.

### SUMMARIUM.

19. Circumstantiae sunt particulares conditiones ipsius actum, operantem, vel objectum accidentalem affectus, & quasi circumstantes.
20. Actus humanus etiam internus efficax, non impinguat malitiam à circumstantiis cognitis, & inde directè tantum voluntatis.
21. Bonitatem vero non nisi à circumstantiis cognitis, directè intentis.
22. Circumstantiae aggravantes tantum dicuntur, quae agunt, vel minuant bonitatem. Vel malitiam.

- intra eandem speciem: mutantes verò speciem, qua  
abui novam, & diversam bonitatis, vel malitiae spe-  
cierunt.
23. Circumstantiae communiter sex numerantur, hoc ver-  
su: Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo  
quando?
24. Quis, non personam ipsum operantem, sed ejus condi-  
tionem, & qualitatem significans, sèpè mutat speciem.
25. Quid pariter non ipsum objectum, sed ejus conditionem,  
vel quantitatem significans, etiam sèpè speciem mu-  
tat.
26. Similiter ubi, qualitatem loci denotans sèpè adni bo-  
nam malitia speciem addit.
27. Quibus auxiliis, quibus media, causas, vel occasiones  
operandi significans, aliquando auget tantum mali-  
tiam, aliquando etiam mutat speciem.
28. Quomodo actionis modum, magis vel minus voluntati-  
rum, ac liberum, intersum, vel remissum, &c. signifi-  
cans, plerumque solum auget, vel minuit bonitatem  
vel malitiam actus.
29. Quanda proprie qualitatem temporis Sacré, vel non  
Sacri significans, ratione sui, & per se loquendo, pa-  
rum confert actu.

Circumstantiae dicuntur actuum humanorum, <sup>19</sup>  
Cac morium particulares, & accidentales  
conditiones, & affectiones, sic vocatæ, quod a-  
ctum humanum, operantem, & objectum acci-  
dentaliter affiant, & quasi circumstent. Acci-  
pe exemplum in actu bono, & malo, Eleemo-  
nyæ, & Furti.  
De substantia eleemosynæ tantum sunt homo  
dans, cgenus accipiens, & ipsa traditio pecunie,  
vel alterius medii apti ad sublevandam miseriaria  
corporalem egeni. Hic verò tam ipsum actum,  
quam operantem, & objectum variaz circumstan-  
tia.

tiæ possunt afficere, & magis, vel minus bonum  
vel etiam malum actum efficere. Ut pote? Quo  
dat? dives, an pauper? Quid dat? multum, an pa  
rum? suum, an alienum? Cur dat? an ad debitum  
bonum, an ad indebitum nialum finem? Quoniam  
do dat? an magno, vel parvo affectu? An cum  
indignatione, exprobratione, &c.

Similiter in furto, de subitancia actus sunt  
mo accipiens, res aliena, & ejus ablato in  
domino. Hic rursus actum, operantem, & ob  
iectum variæ circumstantiæ afficere possunt, & in  
tum reddere magis, vel minus malum, licet non  
quam bonum. Quis? Dives, an pauper?  
gravi, an etiam extremâ necessitate laborans  
quo casu furtum omnino cessaret. Quid? an mu  
tum, parum, pecuniam, rem sacram, vel proprie  
nam? Ubi? an in loco sacro, vel prophano? Quoniam  
auxiliis, an armatâ manu, instrumentis prohibi  
tis, mediis magicis? Cur? an etiam ad alium ma  
lum finem? Quomodo? an ex proposito, vel sub  
tâ subreptione, an occultè, vel dolo, an palam, ca  
violentia, laſione effractione? Quando? an te  
pore belli, famis &c.

#### ASSERTIO IV.

**A**ctus humanus, etiam internus efficax, sum  
suam bonitatem, & malitiam etiam ac  
circumstantiis cognitis, & aliquo modo volitis, tem  
quidem accidentalem actui, sed aliquando aggra  
vantem tantum, aliquando vero etiam perpe  
nitiantem. Communis doctrina.

§. I.

**A**ctus humanus, etiam internus efficax &c. 20  
Omnis quidem actus internus efficax, & inefficax sumit bonitatem, aut malitiam à circumstantiis quibusvis directè volitis, & intentis, at primariam ac specificam tanquam ab objecto saltem partiali principali, non tanquam à circumstantia, ut suprà num. 12. notandum est. Solus autem actus internus efficax, non item inefficax; sumit bonitatem aut malitiam à circumstantiis indirectè tantum volitis, juxta communem Doctorum apud Vag. hic disp. 57. c. 2. Tanner. tom. 2. disp. 2. q. 5. dub. 7. Ratio est. Quia actus internus inefficax; simplex velleitas, complacentia, delectatio morosa, &c. fertur in objectum præcisè ut objectivè proponitur in intellectu, ideoque facile abstrahit à circumstantiis annexis quamvis cognitis. Unde qui morose delectatur de ligata, consanguinea, Sacra &c. præcisè ut fœminā formosa est, committit actum simplicis impudicitiae, vel fornicationis mentalis, ut proinde in confessione circumstantias personæ explicare opus non sit. At verò actus internus efficax tendit in ipsum actum externum, ut subjeclivè exercendum circa objectum, prout est à parte rei: ideoque minimè potest abstrahere à circumstantiis annexis, sed volens actum, necessariò simul vult circumstantias annexas cognitas, v. g. efficaciter concupiscens fœminam, quam fecit, vel quomodo libet apprehendit ligatam, consanguineam, sacram, verè committit actum adulterii, incestū, sacrilegii, proinde necessario expli-

THEOL. MORAL. PARS I.

S

can-

candum in confessione. Unde ulterius, qui efficietur concupisceret aliquam conceptu confusa eujuscunque conditionis, aut ali quam quamcumque ex tota congregatiōne, in qua seit multas ligatas, consanguineas &c. verè committat peccatum qualificatum necessariò aperiendum confessione. Quod si vero quis conceptu plenaria abstracto concupiscat fœminam in genere, planè cogitando de ejus qualitate probabile committit actum simplicis fornicationis tantum. Quia licet non habeat circumstantiam formae solutæ, habet tamen totam, & solum malitiam simplicis fornicationis, & nullam aliam. Dicitur tamen explicare in confessione, se concupivisse minam in communi, non ob exprimendam quam specialem malitiam, sed ne mentiatur exprimendo certam personæ concupitæ qualitatem. Sic recte *Tamb. l. I. Decal. c. I. §. 4. n. 14. 15.* *Quamvis aliter sentiat Sanchez l. I. Moral. l. I. n. 5. quem vide.*

## §. II.

**S**umit bonitatem & malitiam à circumstantiis cognitis &c. Ratio jam insinuata est. Quod etus humanus externus efficax in individuo terrena in objectum prout cognoscitur esse à parte affectum suis circumstantiis, quæ proinde conditiones individuantes actionum humanarum continentur: ac proinde omnis voluntarie elicibilem actum in individuo in his circumstantiis induit etiam indirecte sicutem velle omnes ejus circumstantias cognitas, & per se conjunctas ad-

operanti, vel objecto: at qui constat, illas circumstantias esse aliquando bonas, & honestas, aliquando vero malas, & prohibitas ad talem actum (ut circumstantia loci sacri est optima ad orationem, pessima ad furtum) adeoque actum voluntarie ad se tendentem, aliquam bonitatem, vel malitiam affident: ergo actus humanus sumit suam bonitatem, & malitiam etiam a circumstantiis, utiq; cognitis, & ideo aliquo modo volitis, scilicet, vel directe, vel indirecte. Ubi notandum discrimen est, quoad bonitatem & malitiam: nam ad hoc ut actus sumat bonitatem a circumstantia bona v.g. ut orans in loco sacro: dans eleemosynam personae sacræ vel religiosæ; addat actu novam bonitatem Religionis ex circumstantia loci sancti, vel personæ sacræ, omnino necesse est, ut ipsa circumstantia bona cognita, per se directe, explicite, vel implicite volita ac intenta sit. Alioquin, si quamvis cognita, tamen nullo modo attenta, vel etiam præcisa, seu exclusa sit, nullam poterit conferre bonitatē. At contraria, ut actus sumat malitiam ex circumstantia mala (per se tamen conjuncta actu, vel naturaliter consequente) sufficit, illam esse cognitam, nec opus est, esse per se directe ullo modo intentam vel volitam. Sic furans scienter rem sacram, aut violans personam sacram, contrahit malitiam satilegii ex circumstantia rei, vel personæ sacræ, et si illam circumstantiam per se minimè velit, & intendat, quinimò quam maximè nolle esse Sacram. Ratio utriusque assignata est supra de volitione ipsius honestatis, ac malitiae objecti, n. 9. hic

facilè applicanda. Cæterum à circumstantiis per accidens tantum actui conjunctis, vel consequentibus, nullam actus recipit malitiæ, nisi ipsa per directæ volita, ac intenta sit, ideoque objectum actus potius, quam circumstantia evadat. Alio enim nullo modo erit volita: non directæ, ut se ponitur: nec indirectæ, quia non necessariæ sequuntur actum, vel objectum volitum. Sic prædicatio Christi, & Apostolorum multas habebat concutias blasphemias, & peccata Judeorum, bene prævisa; at quia per accidens tantum sequebantur ex mera malitia Judæorum, nulla inde prædictio ni accessit malitia. Sic, suadente necessitate, utilitate gravi, licet potes petere administrationem Sacramenti à tuo Parocho, quem concubinanza scilicet administrando peccaturum, aut muruum usurario, quem prævides non nisi cum usuracio mine mutuaturum &c. Ut notat etiam *Sermo* 4. d. 5. q. 2. *Navarr.* c. 14. n. 18. Sed de his in materia de scandalo.

## §. III.

**A**ctus ergo humanus sumit bonitatem, malitiam ex circumstantiis semper quidam accidentalem actui, aliquando tamen aggravatorem tantum, seu intra eandem speciem majorum vel minorem: aliquando vero speciem murantem, seu diversæ speciei à bonitate, vel malitia subtili actus. Atque exinde circumstantiae alizantur aggravantes tantum, aliæ vero speciem murantentes, sile communißimo.

Circumstantiae aggravantes tantum dicuntur, quae solum augment, vel minuunt bonitatem, vel malitiam actus intra eandem speciem virtutis, vel peccati: quando nimirum circumstantia addita actui, in suo conceptu non involvit aliam speciem bonitatis vel malitiae, distinctam à bonitate, vel malitiâ ipsius actus, sed eandem solum auget, vel minuit. Uti sunt generatim. 1. Majus vel minus voluntarium, & libertas actus. 2. Major vel minor intensio, vel vehementia actus. 3. Major vel minor duratio, vel mora actus boni, vel mali. 4. Major vel minor quantitas materiae, vel objecti: exempla habes infra in circumstantia *Quomodo*, & supra *de ignorantia, metu, concupiscentia.*

Circumstantiae speciem mutantes dicuntur, quæ actui novam, ac diversam speciem bonitatis vel malitiae afferunt: quando nimirum circumstantia addita actui, ex se habet propriam ac specificam bonitatem, vel malitiam, seu conformitatem, vel disformitatem ad rectam rationem distinctam à bonitate vel malitia propria specifica iplius actus, idéoque actum ex materia unius virtutis, vel virtutum, transfert in materiam alterius virtutis, vel virtutum. Sic circumstantia personæ sacræ pauperis per se intenta actui eleemosynæ addit bonitatem virtutis Religionis: actui verò fornicationis addit malitiam sacrilegii. Tritissimum est exemplum in peccato carnali. Si enim fiat inter solitos, est simplex fornicatio. Si à, vel cum fígata est adulterium. Si à vel cum persona Dco sacrâ, est sacrilegium. Si inter consanguineos vel affines, est incestus. Si

cum Virgine invita, est stuprum. Si cum vi illa  
est raptus. Si contra naturam cum seipso, est malitiae. Si cum eodem sexu, est sodomia: Sic  
diversa specie, est bestialitas. Hæc enim circumstantiæ omnes diversas planè malitias adferunt  
Etui luxuriæ, contra diversas omnino virtutes,  
diversa præcepta, sub motivo diversarum rationum obligantia, ut intuenti patet. Huc etiam  
stant circumstantiæ, quæ actum destrutâ bonitate efficiunt malum, ut supra de fine explicatur  
est n. 16.

## §. IV,

*Circumstantia sigillatim explicata.*

**23** Circumstantiarum tam speciem mutantur  
quam aggravantium sufficiens est numerus  
septenarius vulgari versu comprehensus, quam  
alii numerum addant: *Per que, quoniam, in auxiliis.*

*Quis. Quid. Ubi. Quibus auxiliis.  
Quomodo. Quando.*

I. *QUIS*

**24** Significat, non ipsam personam operantem  
scundum se: hæc enim est de substantia, &  
circumstantia actus: sed conditionem, seu qualitatem personæ operantis, an soluta vel ligata  
Clericus, an Laicus &c. Hæc circumstantia  
pissime mutat speciem, & novam malitiam  
ciem confert in peccatis. Ut si persona ligata  
cet carnaliter, non jam solum contra calitatem  
sed etiam contra justitiam delinquit adulterio;

Sacra voto solenni castitatis adstricta, etiam contra Religionem sacrilegio. Si Prælatus, vel Parochus suis opem debitam ferre negligat, peccat non tantum contra charitatem vel misericordiam, sicut alius, sed etiam contra justitiam. Si filius Parenti, subditus Principi, Prælato, Magistratui injuriam inferat, peccat non simpliciter contra justitiam, sed etiam contra pietatis, & observantiae virtutem: & sic de cæteris. Interdum vero intra eandem speciem solum auget, & aggravat malitiam. Sic cæteris paribus, gravius est peccatum fidelis, quam infidelis: Clerici, vel Religiosi, quam laici: Superioris, quam subditi: Sancti, quam non sancti: Item ejus, qui multa à Deo singularia beneficia accepit: qui saepius jam veniam consecutus relabitur &c. ob annexam implicitam ingratitudinem: Item gravius est furtum divitiorum, quam pauperis: aut contraria, factum pauperi, quam divitii: &c. Sed de his plura suo loco. Eadem circumstantia interdum etiam actui bono addit novam speciem bonitatis, aut justitiae, si Parochus officium sedulo exequatur: aut Religionis, ut si jejunium ex voto serves; aut humilitatis in persona excelience &c.

## II. QUID

**S**ignificat simpliciter non ipsum objectum a-  
ctus quippe quod spectat ad substantiam actus:  
sed conditionem, vel quantitatem objecti, vel ma-  
teriae, circa quam actio bona, vel mala versatur.  
Haec circumstantia actui malo saepè novam con-  
fert

S 4

fert speciem malitiæ aut fornicationi cum alii  
conjuge, furto rei sacræ, percussione Clerici,  
cifioni Patris, accedit nova species injustitiae  
crilegii, parricidii, seu impietatis. Aliquando vero  
intra eandem speciem actionis malitiam augen-  
si injuriam inferas homini innocentι, vel lan-  
pauperi fureris. Et generaliter huc spectat quan-  
tas major, vel minor materiæ, quæ sicut per  
malitiam auget in furto v. g. ita recti operis hu-  
tatem auget, v. g. in eleemosyna. Eadem circu-  
stantia interdum actui bono novam bonitatis  
ciem addit, ut si pauperi Sacerdoti intuitu Sac-  
dotii sacri des eleemosynam, addis misericordiam  
bonitatem Religionis, ut jam bis indicatum,

## III. UBI

**S**ignificat qualitatem loci, sacri, profani, po-  
blici, privati, &c. Et quandoque actui novae  
malitiæ speciem tribuit. Sic circumstantia  
sacri seu Ecclesiæ, malitiam sacrilegii tribuit  
primis cuivis humani sanguinis effusione per  
mucidium, mutilationem, vulnerationem. Etra  
vis voluntariæ effusione humani seminis per  
cunque coitum, etiam licitum extra casum gra-  
necessitatis, ac pollutionem voluntariam, id est  
non solum jure Ecclesiastico, sed probabilitate  
tiam jure divino naturali: cum reverentia  
sacri, specialiter ordinati, ac consecrati ad cultum  
divinum, & Sacrificium Agni immaculati, &  
nocentissimi, ex natura sua quam maximè repre-  
gnare videatur effusio cruenta sanguinis, & fa-  
lma seminis humani. Adhuc Medina, Ro-  
manus, &c.

quæ, alii cum Suar. tom. I. de Relig. l. 3. c. 7.  
etiam tactus, & actus valde fædos in Ecclesia non  
posse excusari a sacrilegio mortali, ideoque eo casu  
circumstantiam loci sacri in confessione aperien-  
dam esse: id tamen negant alii communiter. Ca-  
jetan. Navarr. Sanchez, Vasz. &c. cum Diana p.  
2. Tr. 17. ref. 23. Eadem circumstantia malitiam  
sacrilegii tribuit furto facto in loco sacro, sive sit  
reisacrae, sive non, ex lege Ecclesiastica tantum,  
e. quæsivit. 7. q. 9. *Sacrilegium committitur au-*  
*ferendo sacram de sacro: aut sacram de non sacro,*  
*aut non sacram de sacro.* Extra hos casus vix ulla  
alia peccata, etiam detractiones, turpiloquia, aspe-  
ctus lascivi &c. censenda sunt contrahere mali-  
tiam sacrilegii mortalis contra Religionem & re-  
verentiam loci sacri. Cæterum peccata facta in  
loco publico & coram multis, ordinariè habent  
annexam malitiam scandali contra charitatem,  
ideoque necessario explicandam in confessione, u-  
na cum numero scandalizatorum, quod fieri pote-  
tit. Eadem circumstantia loci interdum intra ean-  
dem speciem malitiam actus auget tantum, ut si  
publicè coram pluribus alicui detrahas, vel calu-  
miniam struas, augebitur malitia iniustitiae, de quo  
infra iterum. Similiter exemplificari potest in a-  
libus bonis.

IV. QUIBUS AUXILIIS,  
vel PER QUÆ,

Significat quævis media; causas, vel occasions 27  
peccandi (aut etiam bonum agendi, de quo

nulla difficultas) ut sunt: I. Instrumenta peccati: quæ aliquando addunt novam speciem malitiae: ut si pecunia furtivâ fornicatus es; si magico damnum intulisti: si lusu prohibito alium decepisti: Aliquando vero intra eandem ciem malitiam augent tantum, ut si armata mprædatus es: si armorum genere ad lædere vel cruciandum exquisito vel prohibito alium yadas &c. II. Alii homines, quos jussu, consensu ad peccati societatem perduxilli, ubi per malitiam illius peccati, ad quod alias inducunt etiam contrahitur malitia scandali necessariae plicanda in confessione: excepto casu, quo foemina non multum invitam ad peccatum induxit; tunc enim sufficit dicere fornicatus sumus, si foemina virum sollicitasset: ut notat *Dives p. 3. Tract. 4. resol. 114.* III. Occasiones voluntariae peccatorum, quæ solum aggravant malitiam peccatorum: imò idem numero peccatum fundit quando quis voluntariè se exposuit periculo peccandi, v.g. fornicandi, simul efficaciter volens peccare, & mox peccat: tunc sufficiet dicere: *Exposito fornicatus sum.* Secùs est, quando quis exponens se periculo peccandi, tunc nondum proponeret peccare, sed postea periculo vietus, non intentione peccaret: tunc enim erunt duo distincta peccata necessariò enumeranda in Confessione.

*Sanchez l. 1. Moral.*

c. 8.

V. CUR

Significat finem bonum vel malum, jam latè  
Sexplicatum sicut, præc.

VI. QUOMODO

Significat modum actionis magis, vel minus 28  
voluntarium ac liberum: intensem, remis-  
sum, violentum, moderatum &c. Hæc circum-  
stantia plerumque sicut bonitatem in actibus ho-  
nis, amoris, doloris &c. ita & malitiam in pecca-  
tis solum inter eandem speciem auget. Sic gra-  
vius peccatur ex certa deliberata ac libera malitia,  
quam ex infirmitate, passione, metu, ignorantia  
vincibili: &c. de quibus multa cap. preced. Item  
si majori intensione ac vehementi indulgeas o-  
dio, ira, aliisque peccatis: si longiori morâ pecca-  
tis inhareas; quò spectat in peccato carnali uti  
modis nimis, & extraordinarie lascivis, dummodo  
talis modus aliiade speciem non mutet, ut si inci-  
perent contra naturam &c. Eadem tamen cir-  
cumstantia modi interdum actui addit malitiam  
specie diversam: ut in furto violento, malitiam  
rapinæ, scilicet contumeliaz specialis contra ob-  
servantiaz virtutem: in stupro violento, malitiam  
rapti: Item in omni peccato facto ex formalis  
contemptu, seu directa non obediendi voluntate  
malitiam formalis inobedientiaz: & in omni pec-  
cato facto in benefactorem Deum, vel hominem,  
expressâ voluntate vilipendendi beneficium acce-  
psum, malitiam formalis ingratitudinis, ut bene  
explicat S. Thomas 3. p. q. 88. a. 3.

¶¶

## VII. QUANDO

**29.** Ignificat propriè qualitatem temporis  
vel non sacri. Et hæc circumstantia con-  
actui bonitatem vel malitiam, solummodo  
accidens, quando nimurum actus specialiter  
præceptus, vel prohibitus intuitu ipsius tem-  
porei sacri. Ut diebus festis feriari, diebus jejunii car-  
bus abstinere, bonum est ex lege præcipiente:  
ut econtra iis diebus laborare, aut carnes con-  
dere, malum est ex lege eo tempore prohibe-  
re. Item quando actus fieret ex speciali, & directa  
intentione honorandi, vel inhonorandi tempus  
crum. Ut si die festo, tempore Adventus, Qua-  
gesimæ speciali devotione exerceas bona op-  
intuitu sacri temporis ac mysteriorum eo tempore  
in Ecclesia celebratorum: exerces specialiter  
actum virtutis Religionis. Aut contra si die  
tempore sacro committas peccatum aliquod  
reclamacione inhonorandi sacram tempus,  
in contemptum temporis sacri, sine dubio peccatum  
mortaliter peccato speciali contra Religionem  
atque in confessione necessario aperiendo: *sicut  
dum omnes.* At verò secluso omni præcepto, in  
contemptu, ac per se loquendo, circumstantia  
cri temporis non multum confert ad malitiam  
peccati: unde neque in Confessione explicantur  
est, an nim. festo, vel profesto die peccaveris eti-  
carnaliter juxta communem Doctorum senten-  
tiam. *Navar. Man. .6.n. II. Layman. hic t.8.  
fne. Diana p. 1. Tr. 7. resol. 32. alii apud ip-*

Nec est paritas inter tempus & locum sacrum.  
Quia locus tanquam res permanens consecratio-  
nis, moralisque sanctitatis capax est; cui proinde  
mali operis exercitium secundum rectam ratio-  
nem repugnat: & verè etiam à malè agere volen-  
tibus facile vitari potest. At verò tempus res con-  
tinuo transiens, nec ullâ unquam sui parte simul  
consistens, non ita capax est consecrationis mora-  
lis sanctitatis, sed dicitur sacram, vel sanctum  
per accidens ratione sacrorum mysteriorum ac  
sanctorum operationum, quæ eo tempore recoli-  
vel fieri solent: nec solae sanctæ actiones fieri de-  
bent tempore sacro, nec malè agere volens, illud  
vitare posset. Quamvis contrarium doceant, S. An-  
tonius, Alens. Med. alii cum Lessio l. 2. de Just. c.  
48. dub. 4. & communis piorum persuasio sit,  
peccata carnalia facta summis Festis Nativitatis  
Christi, Cœnæ Domini, Paschæ &c. item die  
Confessionis, Communionis, continere peculia-  
rem saltem aggravantem malitiam, atque adeò in  
confessione explicanda, Laudandæ ejusmodi timo-  
ratæ conscientiæ, & consolenda praxis, non tamen  
urgenda. Quæ circumstantiæ necessariò sint ex-  
plicandæ in confessione, latè videre poterat.

p. 3. Theol. Sacram. de Pœnit.

p. 3. q. 4. à nñm.

248.



SE.

## SECTIO V.

De comparatione actuum humanorum  
scil. an detur actus indifferens in specie,  
dividuo: & an externus addat distinctam bonitatem vel malitiam interno efficaci in ordinatio  
essentiale primum, vel cœnam?

## SUMMARIUM.

30. Datur actus humanus non tantum in specie indifferens,
31. Sed probabilius etiam in individuo.
32. Actus externus duplicitate se habere potest ad internum.
33. Actus externus juxta probabilem sententiam Thomistorum nihil moralitatis addit interno:
34. Juxta vero probabilem Scotistarum novam, & R. R. Nam ei bonitatem, vel malitiam addit.

## ASSERTIO V.

**D**atur actus humanus non tantum in specie indifferens, sed probabilius etiam in individuo. (Pariter: comparando actum moralem internum cum externo, & econtra) Alius internum actui interno efficaci probabilitus per se addit distinctam bonitatem vel malitiam moraliter ad essentiale primum vel paenam. Assertio h. alias duplicanda, propter numerum tamquam suetum Paragraphorum in unam congregata, communs Scotistarum, & RR. ut patet.

## §. I.

**D**atur Actus humanus in specie indifferens nec bonus, nec malus, moraliter.

30. **C**ertum est apud omnes cum S. Thomas q. 18. a. 8. Scoto in 2. d. 41. q. ur. manifesta est. Quia deliberatè loqui, ambula-

timedere, bibere &c. sunt veri actus humani: & tamen ex specie & objecto suo, secluso fine & aliis circumstantiis, nec præcepti, nec prohibiti, adeoque nec boni moraliter, cum nullam dicant specialem conformitatem ad rectam rationem, vel legem: & æquè possint fieri mali ac boni: neque mali moraliter, cum nullam dicant specialem difformitatem ad rectam rationem, vel legem, & æquè possint fieri boni ac mali: ergo sunt actus humani indifferentes in specie ex objecto suo. Sed nunquid etiam poterunt esse indifferentes in individuo, exerciti scilicet hic & nunc in suis circumstantiis particularibus?

Adverte autem. Actus indifferentes in specie, aliqui spectant ad exercitium rationis humanæ, ut pura ad manifestandos, vel exequendos concepius ac motus internos: & hi naturâ suâ postulant, ut in individuo exerceantur rationabiliter ad finem necessitatis, vel utilitatis alicujus honestæ.

Ut loqui, scribere, cantare, ambulare &c. Quòd si ergo ita rationabiliter fiant in individuo, boni erunt: si secus, eo ipso erunt mali, & ad minimum otiosi: de quibus nota est sententia Christi Matth.

12. Omne verbum oriosum, quod locutus fuerint homines, reddent rationem de illo in die judicii. Verba enim instituta sunt ad communicationem humanam utilem ac honestam: quòd si ergo absque omni fine utili ac honesto, omnino gratis & otiosè proferantur, jam carebunt suâ rectitudine debitâ, & conformitate ad rectam rationem idéoque moraliter mala, & peccata evadunt. Alii actus

indif-

indifferentes in specie spectant ad naturam & vi-  
tam humanam conservandam ac tuendam: ut  
*medere, bibere, dormire, mederi &c.* Et hi enim  
naturâ suâ postulant, ut in individuo exercentur  
in modo, & medio convenienti ad dictum finem  
atque si ita fiant, omnino boni, & honesti erunt  
si secundus, mali. In his ergo nullus erit actus indif-  
frentes in specie ita, ut neque in individuo ex na-  
tura suâ exigant aliquam peculiarem honestatem  
vel conformitatem ad rectam rationem in ordine  
ad modum, vel medium, vel in ordine ad ultimum  
finem honestum, nisi ad summum ad aliquam  
commoditatem vel relevationem naturæ. Ut  
*icare barbam, scalpere dentes, expuere, emun-  
deambulare in cubiculo &c.* Et de his potius  
nullum potest, & debet esse sequens

## §. II.

*Datur actus indifferentis etiam in individuo*

**I**ta probabilius docent D. Bonaventura in  
d. 41. a. 1. q. 3. Scotus ibid. & quodl. 18.  
cum suis omnibus & ex alijs Vasquez tom. 1.  
§2. c. 6. alij apud ipsum. Docuit etiam expre-  
s. Hieronymus Epist. 11. ad Augustinum,  
verbis: *Sunt namque indifferentia inter bonum  
malum sicut Philosophi disputant, Est enim bene  
continentia; malum luxuria: & inter luxuriam  
indifferentis ambulare, digerere alvi stercore  
pitis purgamenta manibus projicere. Hoc ne  
bonum, neque malum est. Sive enim fecerit;*

non feceris, neque justitiam habebis, neque injustitiam. Hæc Sanctus: an non expresse loquens de actu in indiv. duo, sive feceris, sive non feceris, &c. Violentia ergo est abstractio actus ad speciem. Ratio autem est. Quia hic & nunc deliberatè fricare barbam præcisè ad sedandum pruritum, est actus humanus in individuo: sed non est bonus moraliter, quia nullam dicit peculiarem conformitatem ad rectam rationem neque ex objecto, neque ex fine omnino indifferentem, aut aliâ circumstantiâ: & alioquin in homine existente in gratia posset esse meritorius vitæ æternæ: immo etiam materia voti; quia esset melius fricare, quam non fricare: &c. quæ inconvenientia sunt. Neque est malus moraliter; quia neque ullam habet peculiarem disformitatem ad rectam rationem, vel legem: neque otiosus censeri debet, cum habeat congruum finem, et si indifferentem: alioquin posset esse sufficiens materia absolutionis Sacramentalis. Quis autem unquam quantumvis delicate conscientiæ confitetur, se fricasse barbam ad sedandum pruritum tantum, aut quis Confessorius lance mentis solos ejusmodi actus confitentes absolveret? ergo dantur actus indifferentes in individuo etiam. Fundamentum præcipuum oppositæ communis aliorum sententiæ est. Quia tenemur omnes actus nostros ex objecto non malos referre ad finem bonum ac honestum. Sed ubi præceptum tale? Aliqui assignant illud I. Cor. 10. Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid faciatis, omnia in gloriam DEI facite. Verum hic THEOL. MORAL. PARS I. T CON-

consilium, non præceptum agnoscent Patres, & vel  
Interpretes communiter. Alii dicunt, hoc præ-  
ptum contineri in primo præcepto Decalogue.  
*Deo soli servendum est.* Mirum sane, in moni-  
colum, hominem toties, & singulis, quasi moni-  
tis peccare contra primum præceptum Decalo-  
gum, quoties deliberatè barbam fricat, expuit,  
&c. absque relatione ad gloriam DEI. Alii de-  
que cum Tannero hic dicunt, hoc esse præcep-  
tum naturale, quo homo ex natura sua habet, ut re-  
beratè agens agat rationabiliter, seu secundum  
etiam rationem, adeoque non otiosè, sed proprie-  
tate, aliquem finem bonum. Et hoc est directè per a malum  
principium. De hoc enim ipso queritur, an non in be-  
temper teneatur agere propter finem bonum, cum co-  
raliter, an verò non etiam rationabiliter saltet, non ni-  
gativè, seu non irrationaliter agat propter finem à vo-  
ali quem indifferentem, ut in exemplo allato circa ipsa-  
re barbam ad sedandum pruritum: id nos alio tum ei-  
mus, cum nulla appareat ratio, vel lex in contrarium pa-  
rium: sine qua nullum est afferendum peccatum terribili-  
fusum,

## §. III.

*Quomodo se habeat actus humanus exterius  
ad internum, quoad bonitatem & malitiam  
moralem?*

32 **R**esp. dupliciter. I. Actus externus, v.g. aliter,  
eleemosynam, vel furari, considerari p-  
ut objectum actus interni, scilicet volitionis  
caxis dandi, vel furandi: & hanc considerationem  
actus externus habet bonitatem vel malitiam  
damentalem, priorem formali bonitate, vel conser-

Patres, hoc prae-  
Decalogue, imponit, si mones-  
tia actus interni: ideo enim velle dare est bonum,  
& velle furari est malum, quia ipsum dare eleemo-  
niam est bonum, conveniens rectæ rationi: &  
ipsum furari est malum, disconveniens rectæ ra-  
tioni. II. Actus externus consideratur ut execu-  
tio, vel effectus actus interni, quippe qui ideo fit,  
quia voluntas actu interno efficaciter vult, vel  
Alii de-  
imperat, & hanc consideratione etiam actus exter-  
nus habet formalem bonitatem aut malitiam mo-  
talem, ac imputabilem ad meritum ac preemium,  
undum aut peccatum ac poenam. Hic porrò certum est  
sed propter apud omnes. 1. Actum externum in sua bonitate  
recte per ac malitiæ necessariò pendere ab actu interno. Ete-  
r, an non bonitas & malitia moralis per se primariò so-  
num competit actu interno voluntatis elicito, &  
r falso, non nisi secundario & participativè actu interno  
opter finitur à voluntate imperato, vel eidem imputato: ut  
allato in de ipsa libertate supra, cap. 2. dictum fuit. 2. Cer-  
nos actum est, bonitatem ac malitiam actuum internos  
in concreto perfici & compleri aliquo modo per actus ex-  
peccatorios: posito enim actu externo martyrii v.g. vel  
furti, dicitur bonitas martyrii completa, sicut &  
malitia furti: & quacunque de causa non posito  
actu externo, non dicitur completa bonitas, vel  
malitia, ut omnes fatentur. 3. Certum est, actum  
externum & externum bonum, vel malum mora-  
liter, in genere moris non facere numerum, sed  
constituere unum numero moraliter actum vel  
peccatum. Quia nimirum actus internus efficax  
malitiam suam petit perfici, vel compleri per actum  
externum efficaciter volitum, quo proinde posi-

to, unus numero actus moralis completus ac consummatus efficitur. Unde etiam in confessione secundum omnes, sufficit explicare actum exteriorum: v.g. *furatus sum tot*: inde enim sufficiens manifestatur voluntas interna efficax furandi: non sufficit solùm explicare actum internum propositum furandi, vel adulterandi, quia si re non exprimeretur peccatum consummatur nec posset intelligi, quàm firma & efficax fuerit voluntas peccandi: neque gravitas injuriæ primo illatæ: neque obligatio inde contracta reflectionis, item contracta censura, vel irregularitate &c. 4. Certum item est, actum externum ad distinctam bonitatem, vel malitiam actibus interioris non tantum inefficacibus, de quibus nemo dubitat, sed etiam efficacibus aliquibus per accidentemputa, quia actus externus in causa est, quod actus internus bonus, vel malus diutius continuo magis intendatur, læpius repetatur: aut quia actus externus novas ac speciales difficultates habet, quas superandas opus est novis & vehementibus actibus, imperiis, ac motionibus voluntatis &c. in quibus omnes consentiunt. At numerus suppositis sit breviter

## §. IV.

*Actus externus actui interno efficacipotest  
bilius per se addit distinctam bonitatem vel  
malitiam in ordine ad esse entiale prae-  
mium vel pœnam.*

33 **S**ententia negativa quidem est D. Thomas cum Suis, & Recentioribus communiter

Vasquez hic disp. 75. c. 2. ac alios passim. Favent  
SS. Patres. Augustin. l. 1. de lib. arb. c. 3. dicens.  
Si quis habet voluntatem concubandi cum uxore  
aliena, & non datur facultas, coram Deo tam  
reus est, atque si opere compleisset. Chrysost. hom.  
26. in Matth. Sola voluntas remuneratur pro  
bono, ac condemnatur pro malo. Gregor. hom. 5.  
in Evang. Exteriora namque nostra Deo, quan-  
tumlibet parva sufficiunt: cor namque, non sub-  
stantiam pensat. Bernard. Epist. 77. ad Hugonem  
Vic. Voluntas pro facto reputatur, ubi factum  
excludit necessitas. Fundamentum præcipuum,  
& quidem verum, ut fatear, satis solidum ac mi-  
nimè contemnendum est; Quia sicut tota li-  
bertas ac moralitas, ita sanè tota bonitas & ma-  
litia moralis actui externo præcisè communicatur  
ab actu interno: ergo huic ille nullam potest ad-  
dere distinctam bonitatem, vel malitiam moralem.  
Sed

Affirmativam ut probabiliorem docet Scotus 34  
in 2. d. 42. q. 4. & Quodl. 18. a. 3. cum suis o-  
mnibus. Alensis etiam p. 4. q. 77. memb. 3. arti-  
culo 5. cum aliis. Favet S. Augustinus l. 13. de  
Trinitate c. 5. dicens: malâ voluntate solâ, quili-  
bet miser efficitur: sed miserior potestate, quâ  
desiderium male voluntatis impletur. Profe<sup>t</sup>ò  
quamvis, & sic male volendo miser esset, minus ta-  
men esset, si nihil eorum, quæ perperam voluisset,  
habere potuisset. Hæc Augustinus, manifeste  
loquens, non de miseria poenali, quia qui mali-  
gium desiderium suum implere non potest, po-

tiūs plus habet pœnæ, quām qui implere potest  
sed de miseria culpæ: adeoque censet actum eternum superaddere actui interno aliquam matiam seu reatum culpæ, quā miseror sit, quia  
lum desiderium implet, quām qui implere negat.  
Et tritum est illud Glossæ in c. 20. Exodi. i. In  
mœchaberis. Qui ergo opus adjicit voluntati, in  
quitatem addit iniquitati. Fundamentum opus  
situm est. Quia licet bonitas, & malitia morales  
etius externi tota dependeat ab actu interno, re-  
tamen in actu externo distincta est à bonitate  
malitia actus interni: Non enim solum effi-  
ter velle; sed etiam ipso facto v. g. orare, elemosynam dare martyrium subire &c. bonum aliud  
conforme rectæ rationi: nec solum efficaciter  
velle; sed etiam actu furari, occidere, mœchare  
&c. malum est, & difforme rectæ rationi, ac  
divinæ: ergo cum actu interno accedit actus eternus, accedit simul aliqua conformitas, vel con-  
formitas ad rectam rationem, vel legem, & con-  
querenter aliqua distincta bonitas, vel malitia  
malis ac voluntaria, et si omnimode dependet  
ab actu interno. Deinde per se, ex terminis, in  
tione absorum videtur, non plus mereri apud  
Deum illum, qui ipsum opus bonum exequitur  
v. g. martyrium ipso facto perfert, quam illi  
qui martyrium sola voluntate efficaci desiderant.  
Et fatentur adversarii, actum externum martyris  
mereri apud Deum præmium accidentale Læ-  
teolæ, quod non potest mereri solus actus in-  
nus, quantumvis efficax: sed nullum omnipotè pro-

nium datur à Deo, nisi ratione alicujus bonitatis : ergo &c. Similiter à ratione alienum videtur tantumdem pœnæ demereri in foro Dei illum, qui solum efficaciter proposuit actum malum, homicidium adulterium, furtum, ac illum, qui tale crimen actu perpetravit ; & quod huic, etiam per se, & secluso damno proximi, vel scandalo, in confessione non sit injungenda major pœnitentia, quam illi: credo etiam adversarios majorem imponere pœnam ob mollitem, fornicationem, ebrietatem &c. consummatam, quam solum efficaciter propositam, & impeditam. Patres in contrarium alii solum loquuntur de merito & peccato, prœmio, & pœna absolute sumptis, non autem comparative quoad quantitatem : ut sensus sit, hominem solo actu interno efficaci, cum non potest exire in actum externum, nihilominus mereri præmium ac pœnam æternam, ac si opere complexisse, non autem dicunt, quod tantundem præmii, vel pœnæ mereatur. Quâ ratione etiam explicari debet illud Jacobi 2. *Quicunque totam legem implevit, offendat autem in uno, factus est omnium rem.* Intellige nim, quoad substantiam reatus, & pœnæ; sine dubio non quoad quantitatem.

## SECTIO VI.

### De Regulis actuum humanorum.

R<sup>E</sup>gula actionum humanarum: id nimirum, quo certificamur de rectitudine, vel obliquitate, seu de ipsa bonitate, vel malitia actionis humanae, alia dicitur intrinseca, quæ scilicet repetitur

T 4

ritur

ritur in ipso operante, & est ipsum dictamen rationis seu conscientiae, iam latè explicata, per totum: alia dicitur extrinseca, quæ sicut est in ipso operante formaliter, sed cum extrinsecis & objectivè dirigit ad operandum, & sunt leges divinæ ac humanæ, ac tandem generaliter ultimata est ipsa voluntas divina. De his hinc necessaria, atque utilia explicanda sunt.

## SUBSECTIO I.

*Quinam Actus humani cadant sub legi precepto humano.*

## SUMMARIUM.

- 35. Humanæ lege, vel precepto per se directe precipitari potest omnis, & solus actus humanus externus.
- 36. Bonus, vel malus moraliter, si non ex se, & ex aliquatenus ex sine precepti, utpote
- 37. Necessarius, vel ut plurimum valde utilis ad bonum commune, vel observantiam statutus cuiuslibet Comunitatis.

## ASSERTIO VI.

**I**ege vel precepto humano per se directe precipiti, vel prohiberi potest omnis & solus actus humanus externus bonus, vel malus moraliter fieri, vel omitti necessarius, vel ut plurimum utilis ad bonum commune, vel observantiam statutus cuiuslibet communitatis, vel substatutum Communis doctrina in materia de legibus.

## §. I.

- 35. **O**nus & solus actus humanus externus; unum supposito voluntario ac libero sufficienti & requiso ad actum humanum, actum

terno sensibili consummatur: adeo, ut nullus adius merè internus per se directè præcipi vel prohiberi possit humanâ lege, vel præcepto. D. Thomas I. 2. q. 91. a. 4. & q. 100. a. 9. ac alibi. Navarr. c. 13. n. 38. Suarez l. 4. de legib. c. 12. Lessius l. 2. c. 37. dub. 11. Tanner. hic disp. 5. dub. 2. Layman. c. 4. n. 5. Alii innumeri apud ipsos. Quamvis alii contrâ sentiant apud Lessium l. 2. non nihil farentem. Ratio communiter assignata est: Quia humanâ potestate, lege vel præcepto illud tantum potest præcipi, vel prohiberi directè, de quo homo humanâ virtute potest cognoscere, & judicare, transgressores punire, &c. Alioquin frustra ferretur lex, vel præceptum Communitati, si cognosci non posset, an serventur: atqui de actibus merè internis, quippe suapte naturâ insensibilius, & latentibus nullus homo humanâ virtute cognoscere, vel judicare potest: juxta illud I. Reg. 16. *Homines vident ea, qua patent. Deus autem inquietur cor.* Etc. erubescant. d. 32. dicitur Secretorum solus Deus cognitor & *Judex est.* Unde &c. Sicut de simonia, dicitur, *Ecclesiam non judicare de occultis.* Et ibidem c: *Tua nos.* inquit Innocentius P. III. *Nobis datum est de manifestis solummodo judicare: ergo tantum actus exteriori per se directè præcipi, vel prohiberi possunt, minimè verò actus merè interni, ut sunt cogitationes, proposita, volitiones, & merè interna, & nullo signo, vel conatu sensibili exterius significata vel manifestata, alioquin jam possent cadere sub legem, vel pœnam humanam, etiam effectu*

T 5

non

non secuto. Cæterum sermo est de legibus & præceptis humanis ex pura potestate gubernatrix in subditos lati, & secluso voto obedientiæ. Prælatus enim Regularis majori potestate posse suos subditos Religiosos ratione voti obedientia quod, quia Deo principaliter fit, ad actuem merè internum se extendere potest, & quandoque etiam debet. Quia ergo Religiosus principalem Deo yovit, obedire suo Prælatō in omnibus, quæ secundum Regulam & Ordinis consuetudinem præcipiuntur, quæque ad puram Regulæ & Statuti sui observantiam conducunt, ideo Prælati regulares possunt etiam lege vel statuto præcipere quos actus etiam merè internos, utpote orationem mentalem statis horis, Examina conscientia, & utpote generaliter ad observantiam statutus religiosum necessaria. Item ut Sacrificia, orationes jejunia Deo offerantur ad peculiarem aliquam intentionem: ut pro Benefactoribus, specialiter commendatis &c. ita ut contraveniens peccet etiam pro ratione materiæ, mortaliter. Nec est subtilizandum, an peccet contra præceptum, an potius occasione præcepti contra votum: hoc enim pejus illo.

## §. II.

**36 Bonus, vel malus moraliter.** Intelligendum est, non quod aëtus omnis cadens sub præceptum, vel prohibitionem humanam, jam esse bonus, vel malus secundum se ex objecione, & secluso præcepto vel prohibitione humana, sed ita, ut saltem possit esse bonus, vel malus ex fine

gibus  
bernat  
ia. Pro  
posse  
edicta  
um etia  
iandos  
ncipalit  
bus, qui  
studien  
e & Stu  
ti regula  
ipere no  
racione  
itia, &  
s religio  
ratione  
quam in  
pecialit  
s pecc  
Nec c  
tum, n  
; hoc e  
igendum  
o pract  
n deber  
ctio, &  
ana, &  
ex fine  
Pro

proper quem præcipitur, vel prohibetur. Ut benè explicant Cajetanus, Sotus, Valentia, alii cum Tannero hic disp. 5. q. 9. dub. 2. Itaque humanâ lege, vel præcepto præcipi, vel prohiberi possunt non tantum actus boni, & mali jam cadentes sub præcepto divino naturali, vel positivo: ut alienum resultare, à furto, latrocino, adulterio, blasphemiam, abstinere &c. cùm nihil prohibeat idem pluribus legibus, vel titulis deberi, neque solum actus boni virtutum, alioquin liberi, ut jejunia, festa, auditio Missæ: sed etiam actiones de se indifferentes, præcipiuntur, vel prohibentur ad finem virtutis necessariae Comunitati, constituendo illas medium, & materiam talis virtutis, v. g. ut publicæ preces tempore paschali stando perficiantur, ne die festo Mercaturæ, vel Judicia exerceantur, ad finem virtutis Religionis, & cultus divini: ut die Veneris, & Sabbathi carnibus abstineatur, ad finem Temperantiae: &c. adeò ut qui contra fecerit, verè peccet contra Religionem, vel Temperantiam, quippe cujus intentione, & motivo actiones illæ, et si de se indifferentes præceptæ sunt, vel prohibitæ. Nulla autem humanâ lege, præcepto, aut præcipi possunt actus mali, & lege divinâ naturali, vel positivâ prohibiti: aut prohiberi actus boni legę divinâ in talibus circumstantiis præcepti: ut omnes consentiunt.

S. III.

**N**ecessarius, vel ut plurimum valde utilis ad 37  
bonum commune: &c. Ratio est. Quia finis  
potestatis, legis, ac præcepti cuiusvis humani  
est

est dirigere Communitatē, & subditos ordinare ad bonum commune, juxta cuiuslibet statutū obligationem: ideoque illa tantum recte praecepit vel prohiberi possunt, & debent, quæ faciuntur vel omittuntur necessarium aut valde utile ad bonum commune &c. non autem illa, quæ finis necessaria, vel multū utilia non sunt. Hoc est legē humāna Ecclesiastica, cuius finis est bonum commune spirituale animarum, præcipi & prohiberi possunt ea omnia, quæ ad salutem animarum & exactam observantiam mandatorum Dei necessaria, ac utilia sunt, utpote, aut ipsa præceptio divina exequendo, declarando, aut de se indicata determinando ad certum tempus & modum, ut de Cultu divino, Pœnitentia, Eucharistia &c. aut alia ad observantiam mandatorum Dei necessaria, & utilia præscribendo, v.g. cæremias sacras, jejunia &c. His enim quatuor finibus omnibus lex Ecclesiastica continetur Similiter legi civili ea omnia & sola præcipi, vel prohiberi possunt, quæ ad finem boni communis naturæ seu temporalis felicitatis humanæ, pacis & unitatis Reipublicæ, atque civium necessariarum utrumque utilia, sive in materia justitiae, sive aliarum virtutum: quæ non est hujus loci prosequi.

## §. IV.

38 **V**el observantiam statutū cuiuslibet Communitatis. Ut pote etiam peculiaris Religionis Congregationis, Collegii &c. Ratio eadem. Prælati ergo Religiosorum, legibus, statutis, receptis suis ea duntaxat possunt præcipere, vel per

hibere suis Religiosis subditis, quæ necessaria, vel  
ut plurimum valde utilia sunt ad observantiam  
statum, & Regulæ, quam professi sunt. Non er-  
go possunt præcipere ut arctius vivant, quam Re-  
gula postulet, vel ad ejus observantiam valde utile  
sit. Non possunt in communi præcipere opera  
merè supererogatoria, quantumvis bona & meri-  
toria, v. g. ut toties in septimana jejunent, discipli-  
nas faciant, & alia hujusmodi, quæ nec in eorum  
Regula continentur, nec ad ejus observationem  
conducunt. Multò minus poterunt præcipere o-  
pera ex objecto, & circumstantiis omnino indis-  
ferentia, atque inutilia. *Communis Doctrina. D.*  
*Thom. 2. 2. q. 186. a. 9. Sylvester, Angelus, Lay-*  
*man, alii passim.* Quò spectat celebris sententia  
D. Bernardi, *l. de præcepto & dispensat. c. 8.* Ni-  
hil præcipiat mihi Pralatus eorum, quæ non promisi:  
Nihil prohibeat eorum, quæ promisi: nec angat.  
nec minuat votum meum, sine mea voluntate. Ex-  
cipitur autem hic Religio Fratrum Minorum S.  
Francisci, cuius Regulæ speciale, & formale præ-  
ceptum est. *c. 10. Præcipio firmiter Fratribus*  
*universis, ut obediant suis Ministris in omnibus,*  
*que promiserunt Domino observare, ET NON*  
*SUNT CONTRARIA ANIMÆ SUÆ,*  
*ET REGULÆ NOSTRÆ.* Adeò, ut nobis  
possint præcipere ea omnia, & nos teneamur  
obedire in omnibus illis, quæ non sunt *contra*  
*animam. Ieu Conscientiam, & Regulam.* Ita ex-  
pressè declarant Summi Pontifices, Martinus V. &  
Leo X. in suis constitutionibus. Hujus verba sunt

Vol. II.

Volumus, & mandamus, prout in dicta Regula continetur, ut omnes & singuli Fratres, in omni quæ non sunt contra DEum, animam suam, & regulam Fratrum Minorum, teneantur obedire. 40.  
 Etissima ergo est obedientia Fratrum Minorum, unde quod in aliis Religionibus non posse fieri debet; in hoc Ordine etiam opera mere supererogatoria, aut indifferentia præcipi possunt. Quia imò eadem illa opera, quæ in aliis Religionibus sunt supererogatoria aut indifferentia, quia ad observationem eorum statutis non conducunt, in nostro Ordine supererogatoria vel indifferentia non sunt, sed omnia valde utilia ad perfectam observationem Regulæ, quoad obedientiam perfectissimam in ea præceptam: adeò, ut etiam teneamus obediere in iis, quæ ad solum perfectæ obedientiæ exercitium, & omnimodæ abnegationis propriæ voluntatis, conducunt: qualia sunt etiam opera supererogatoria, atque indifferentia: quippe, quæ etiam sunt ex OMNIBUS, quæ non sunt contra animam, & Regulam nostram. Imò, quod minus sæpè opus injungitur, eo magis conduit ad exercitium perfectæ obedientiæ, & abnegationis propriæ voluntatis. Lege Franc. Mayran. Quodlib. 12. conclus. 15.

## S U B S E C T I O N . II.

Qualiter Actus interni cadant sub humanæ lege, vel præcepto.

Lege humanæ indirectè etiam præcipi, vel prohiberi possunt actus interni ad substantiam moralium exercitiorum necessariè requisiti, in generice: scilicet

40. In specie: ut intentiones. &c. ut in contractibus; administratione; & susceptione Sacramentorum; in oratione; & cultu divino.
41. Et singulariter gradus est quæstio: an ad satisfactionem precepto Ecclesie in dicendis Horis, audiendâ Missâ &c. requiratur ad substantiam orationis interna intell. Bus attentio?
42. Ubi sine dubio verior, & in praxi omisitio consulenda est sententia affirmativa.
43. Negativa tamen est etiam multorum (ab extrinseco saltem practice; & ab intrinseco vero solum speculativa) probabilis.
44. Alii autem actus interni cum externis nullam necessariam connexionem habentes, humanâ lege præcipi, vel prohiberi non possunt.

## ASSERTIO VII.

**H**umanâ lege, vel præcepto indirectè etiam præcipi, vel prohiberi possunt actus interni, qui & quatenus requiruntur ad actum externorum directè præceptorum, vel prohibitorum moralis substantiam in genere, vel in specie: non item alii. Ita communior, & sine dubio verior sententia Theologorum, quos unâ cum Adversariis tecitabo infrâ §. 3.

## §. I.

**I**n genere. Omnis lex præcipiens, vel prohibens aliquem actum, necessariò indirectè saltem etiam præcipit, vel prohibet omnia necessariò requiri ad moralis substantiam illius actus: Atqui omnis humana lex, vel præceptum necessariò solum præcipit, ac prohibet actus humanos voluntatis ac liberos, ad quorum moralis substantiam in genere necessariò requiruntur actus interni voluntatis, seu voluntas & propositum talim a-

ctum

Etum externum faciendi, vel omittendi, qui actiones interni sunt forma essentialis, ac principium habent male actuum humanorum externorum, ut humani ac liberi sunt: secundum omnes: ergo præcipiens vel prohibens actus humanos externos, et indirecte præcipit, vel prohibet illum actum externum, seu voluntatem & propositum talium. Etum externum faciendi, vel omittendi: quod quidem esse extra controversiam fatetur in aliis contrariis *Vasq. disp. 160. n. 10.* Exempli gratia Ecclesia die festo præcipiens audiendum Sacrum vel aliud opus externum, consequenter indirecte etiam præcipit voluntatem ac propositum audiendi Sacrum vel aliud opus externum exequendam, adeò, ut qui deliberatè nollet audire, seu habet propositum non audiendi Sacrum, revera peccaret mortaliter contra legem Ecclesiæ. Similiter Ecclesia prohibens die Veneris comedere carnem, consequenter indirecte etiam prohibet voluntatem ac propositum edendi carnes, adeò, ut qui die Veneris solum absolutè, & efficaciter vellere vel proponeret comedere carnes, revera peccaret contra legem Ecclesiæ mortaliter. Unde et *Nullo fas est velle, vel posse transgredi Apostolica Sedis præcepta.* Ubi adverteatur his & sequentibus omnibus, semel pro semper quantum ad praxin in ordine ad forum conscientiae, omnino perinde esse, sive dicatur actus internos præcipi, vel prohiberi indirecte à lege humana, an vero, positâ lege humanâ, à legge vina naturali, vel positiva: quod contratacione

peccet contra legem humanam, an occasione legis humanæ contra legem divinam naturalem, vel positivam. Sufficit certum esse, occasione legis humanæ etiam interno actu peccari mortaliter, quomodocunque tandem in foro conscientiæ. In ordine autem ad forum, & judicium externum Ecclesiæ non posse peccari solo actu interno nimis quam notum est.

## §. II.

**I**n specie. Humana lex, vel præceptum præ- 40  
cipiens actus humanos externos, consequenter  
indirectè etiam præcipit illos actus internos, qui  
ad moralem substantiam actuum externorum *in*  
*specie* necessariò incurruunt, uti sunt peculiares  
intentiones actuum. Exempla sunt. I. *In Con-*  
*tradibus*. Potestas Ecclesiastica, vel civilis justè  
præcipiens aliquem contractum, v. g. ut, qui Vir-  
ginem defloravit, eam aut ducat, aut dotet, &c.  
consequenter indirectè etiam præcipit actum seu  
conflens internum, atque intentionem sese ob-  
ligandi necessariò requisitam ad substantiam mo-  
ralem talis contractus in specie. Quis enim ne-  
get Ecclesiam, vel Rem publicam posse præcipe-  
re suis subditis, ut verè, & non fictè seu fraudu-  
lenter contrahant? cum ad utramque gubernatio-  
nem ac commune bonum maximè pertineat, ut  
contractus veri, & non ficti vel fraudulenti fiant,  
adèoque cum vero interno consensu ac intentio-  
ne requisita ad substantiam contractus. II. *In*  
*administratione Sacramentorum*. Quicunque  
lege, vel præcepto Superioris jubetur Sacramen-  
tu

tum ministrare, baptizare, absolvere, celebrare, &c.  
eo ipso indirectè jubetur, & sine dubio tenu-  
tur habere intentionem baptizandi, absolvendi,  
consecrandi, &c. quia ejusmodi intentio est de  
intrinsicâ substantiâ operis præcepti, sine qua non  
Sacramentum, sed sacrilegium fieret, secundum  
omnes. III. In susceptione Sacramenti. La-  
Ecclesiastica præcipiens fidelibus annuam Con-  
fessionem, consequenter etiam indirectè præcep-  
tum internum doloris, ac propositi emendati-  
onis: item expressionem omnium peccatorum  
etiam merè internorum atque occultissimorum.  
Quis enim dicat satisfacere præcepto annua Con-  
fessionis in conscientia eum, qui fictè, vel non in-  
tegrè confitetur: aut quid juvat dicere cum ad-  
versariis, eum quidem satisfacere præcepto Ec-  
clesiæ, attamen peccare mortaliter contra præce-  
ptum divinum de integritate Confessionis? pro-  
Suprà generaliter adverimus. IV. In oratione  
& culto divino. Præceptum Ecclesiasticum:  
audienda Missa Dominicis, & festis diebus a-  
mnibus fidelibus, & recitandis Horis Canonicas  
Clericis, Beneficiatis, Religiosis, omnino in-  
recte etiam præcipit actum internum dévotionis  
alicujus saltem ex parte voluntatis, ut nimis  
Missa audiatur: Horæ recitentur cum pia inten-  
tione aliqua explicita vel implicita eâ actione, v.  
recitatione colendi DEum: ea enim intentio  
est de intrinsicâ substantiâ operis præcepti. Pra-  
cipitur enim actus Religiosus verus, verus cultus  
DEI, vera oratio atqui sine actu interno dévoti-

his seu pia intentionis ad colendum Deum nullus est actus Religiosus, nulla oratio, nullus cultus Dei verus, sed fictitius, & mortuus omnis actus extensis, sicut homo sine anima mortuus est: Quis autem neget Ecclesiam præcipere posse suis Ministris, & fidelibus, ut verè, & non simulatoriè Sacra menta ministrent, & suscipiant: verè & non simulatoriè orent, & Missas audiant, ac psallant? Atque in his terminis, & quantum ad intentionem colendi DEum, puto rem esse certissimam apud omnes, eâ solùm inutili quæstio ne de modo loquendi, an ea obligatio sit ex vi præcepti humani, an potius ex jure divino supposito præcepto humano, quæ nihil ad rem, ut supra geratim advertimus. Sed hic ulterius

§. III.

**S**ingulariter, quæstio & controversia gravissima est de attentione ex parte intellectus (à nobis jam fuisse deducta in 1. p. Theol. Sacram. tract. append. de Horis Canon. sect. 2. à n. 72. per tot. hic tamen in gratiam Lectoris ob quotidianum usum breviter repetenda) Utrum nim. ad satisfaciendum præcepto Ecclesiastico de recitandis Horis, Missâ audiendâ, &c. requiratur non tantum intentio voluntatis interna ad colendum DEum, sed etiam attentio intellectus ad rem præsentem, utpote in recitatione Horarum ad verba recitanda, vel ad sensum, vel ad mysteria, vel saltem ad finem DEum: in auditione Missæ ad actiones celebrantis, & ad mysteria; vel saltem ad finem DEum; excludendo voluntarias distractiones mentis

V 2

ad

ad alia objecta his adversantia : adeò ut voluntari distractus toto , vel notabili tempore non satisficiat, sed mortaliter peccet contra præceptum Ecclesiæ . In qua quidem magni momenti qualitate

*Supponendum* ut certissimum , quod Ecclesia præcipiens Suis recitationem Horarum Canonarum Ministris, præcipiat veram orationem, & rum cultum divinum , seu verum actum Religionis, quo Deus verè colatur (eadem est ratio editione Missæ) Ratio inter alias solida est. Quod Ecclesia illo præcepto per se , & principaliter intendit satisfacere duplici suæ obligationi. I. Obligationi generali Religionis , scil. colendi Deum nomine totius populi Christiani. II. Obligationi speciali iustitiae seu intentioni Fundatorum Atqui ipsa Ecclesia sine dubio tenetur colere Deum vero cultu Religionis externo atque interno deputando certos Ministros, qui ipsius & totius populi Christiani nomine, per officia à se instituta temporibus Deum colant ; atque intentione Fundatorum Ecclesiæ , ac Beneficiorum inde dubio fuit, ut Deus vero cultu Religionis , & oratione ac Laude divinâ colatur , cui etiam obligatio Ecclesia , & absolute tenetur , & suo precepto intendit satisfacere per Horas Canonicas ritè à suis Ministris persolvendas: ergo Ecclesia præcipit veram orationem seu verum cultum divinum: & consequenter non solam externam materialē pronuntiationem verborum quantum

vis accuratam, quæ sine omni interno actu vera oratio, seu verus cultus divinus dici nullo modo potest. Sanè liquida sunt verba Præcepti. *c. Do-*  
*lentes districte prcipientis in virtute Sanctæ obe-*  
*dientie, ut Divinum Officium diurnum pariter as-*  
*nocturnum, quantum illis Dominus dederit, STU-*  
*DIOSE celebrent, & DEVOTE.* Ubi signifi-  
 cantur Glossa: STUDIOSE quoad officium oris,  
 DEVOTE quoad officium cordis. Unde nem-  
 nem reperi, qui negaret ad satisfaciendum præ-  
 ceptum requiri aliquam internam devotionem vo-  
 luntatis seu intentionem ad colendum Deum. U-  
 bijam advertis ab omnibus concedi aliquem actū  
 internum per se requisitum ad actum externum  
 præceptum cadere sub præcepto humano. Con-  
 troversia ergo fundamentalis esse debet, utrum  
 etiam attentio intellectus sit de substantia veræ  
 orationis, seu veri divini cultus, ut proinde indi-  
 rectè etiam cadat sub præcepto præcipiente ve-  
 ram orationem, verum cultum divinum. His ita  
 politis

Sententia affirmativa, & sine dubio verior est 42  
 D. Thomæ in 4. d. 15. q. 4. art. 2. Navarr. cap.  
 14. De Oratione n. 19. Sotus, Cajetanus, Sylve-  
 ster, Azorius, Suarez, Lessius, Layman, Caspen-  
 si, alii, & ex professo solidè meus Marchant.  
 Triban. p. 2. Tract. 2. p. 2. sit. 3. scđt. 4. quast. I.  
 Fundamentum est. Quia Ecclesia potest præ-  
 cipere actum internum saltem indirectè, quoties  
 actus internus est de substantia actus externi per se  
 præcepti, ad hoc ut sit actus virtutis, & idoneus

ad finem præcepti supernaturalem; atqui attentio interna est de substantia veræ orationis, seu cultus divini, qualem præcipit Ecclesia: ergo &c. Hanc Sententiam ut verissimam, & omnino veram amplector; atque ita confirmo a priori & Communi Doctorum Sententia, & omnino sensu, in omni oratione jure divino naturali requiritur attentia interno, adeo ut omnis voluntaria distractio in oratione propriè dicte, sit aliquod peccatum, non quidem nisi veniale, quando intentione non est obligatoria, nisi forte sub veniali: mortale autem, quando oratio jure divino est obligatoria sub mortali: ut nominatim fatentur Vl. l. 3, disp. 6. q. 2, p. 6. Suar. de Religioni l. 3, c. 4. Lessius l. 2. de Justit. c. 37. dub. 1. Quodsi ergo sit aliquod jus divinum obligans orationem seu cultum divinum, de se tamen indeterminatum, sed determinandum ab Ecclesia quoad modum & tempus, utique ipsum justum divinum, ut sic determinatum ab Ecclesia adhuc obligabit sub peccato, etiam mortali ad intentionem internam: atqui Ecclesia sub præcepto obedientiæ præcipiens suis Ministris, ut Horas Canonicas tanquam veram orationem & cultum divinum, studiosè celebrant & devote, est mera excutrix & determinatrix juris divini naturalis ad colendo DEO, satisfaciendo fundationibus ad divinum officium factis, utrumque enim est iuris naturalis, hoc justitiae, illud Religionis: et præceptum illud saltem indirecte, & vi legi divinae latentes determinatae vere obligat sub pena

cato, & quidem in materia tam gravi, mortali ad attentionem internam. Nihilominus

Sententia negativa etiam multorum est, & satis gravium Doctorum D. Antonini, Durandi, Paludani, Medina, Sylvestri, Tabiena, Rosella, Angeli, aliorum: quam novissimè latè afferunt prater alios Diana p. 1. de Horis resol. 2. Caramuel in Regulam S. Benedicti à n. 13. v. 3. Jo. de Lugo de Eucharistia disp. 22. sect. 2. Tamburin. Decal. l. 4. c. 2. §. 1. a. n. 19. Et opusc. 3. De Sacrific. Missæ. l. 2. c. 5. Fundamentum est: quia Ecclesia non potest præcipere, vel prohibere actus merè internos, saltem ad substantiam moralem actus exter- ni per se præcepti non requisitos: Supponunt autem attentionem non esse de substantia veræ orationis: & sanè Authores modò allegati variis rationibus speculativè optimè defendunt, & confirmant, ut fateri cogar doctrinam hanc non tan- tum extrinsecè ab Authoritate, sed etiam intrin- secè à ratione omnino esse probabilem speculativè. At vera practicè veram orationem, quæ sit verus Dei cultus cum sincera intentione colendi Deum, cum vera devotione seu elevatione mentis in DE- um, denique Religiosum cum DEO colloquium consistere posse absque omni attentione interna, in homine, qui voluntariè distractus circa ob- jecta quælibet etiam mala, ne quidem de DEO cogitare vult, non patiar mihi persuaderi in æternum; nec, quæso, tibi persuaderi sine, Religiose Lector. Repugnat sanè in Scriptura sacra, optimè fundatus sensus Sanctorum Patrum, &

Piorum omnium. Audi os aureum D. Joannis Chrysostomum *hom. 79. ad Pop. Antioch.* in hoc omnino verba differentem: *Quia enim excusari aut venia dabitur nobis, si cum amicus loquens adsumus animo; mentemque adhibemus: cum D. verò colloquentes animo, in rebus indignis perire namur?* Possitque tam fœda ac turpis esse perigonatio illa mentis, ut duplicitis sceleris, seu leticulpa labem haberet: *Unam verbi causam cognoscere optatique stupri seu homicidii, alteram insigillare jurie, quam divina Preces, Psalmi, Sacraque Scriptura verba tunc afficiuntur.* Hæc Sanctus Ieronimus de oratione in genere, quid dictum purum de ipso Officio divino?

**§. IV.**

**44** *N*on item alii. Actus nimirum interni, quod cum actibus externis præceptis vel prohibiti nullam omnino necessariam connexionem habent, neque ad eorum substantiam moraliter ullo modo concurrunt, nullâ humanâ lege, vel præcepto præcipi, vel prohiberi possunt: Ne enim directè, ut probatum est n. 35. Neque indirectè ratione actus externi præcepti, vel prohibiti, quippe cum quo nullam necessariam, vel moralē connexionem habere supponuntur, id manent æquè occulti, ut nullo modo actu externo prodantur, ac si nullum omnino respectum ad actus externos haberent. Non ergo ab hominibus præcipi, vel prohiberi potest, ut quis jejunet vel ex interno amore ad talēm Sanctum: ne quis de morte egrediatur ex interno affectu pravo formicione.

tionis v. g. vel homicidii. Quia isti actus interni cum externis nullam omnino connexionem habent, nec rationes actuum externorum se produnt, ut cognosci possint. Potest tamen lege, vel præcepto humano imponi poena excommunicationis v. g. in foro conscientiæ incurrenda ob factum externum suppedito certo actu, vel intentione iuxta tanquam conditione *sine qua non*, non tanquam materiâ præceptâ, vel prohibitâ. Sic in Jure Canonico *Clement. I.* excommunicantur Inquisitores, qui ex odio, gratia, avaritia, omitunt contra aliquem procedere in causa fidei. Et *Clement. I. De statu Monachorum* excommunicatur Monachus Benedictinus, qui sine licentia Præpositi animo accusandi illum ad Curiam Regiam se confert. Et *c. commissa de electionibus* in 6. constituitur, ut qui Parochialem Ecclesiam obtinuerit, sine voluntate ascendendi ad Sacerdotii Ordinem, beneficium ipso jure omissum, & frustus non faciat, &c. Sed de his raro contingentibus vide *Suarez l. 4. de Legibus c. 13.* Et *l. De Censuris disp. 4. sect. 2.* & *ex ipso Layman. cit. supra.* Verum alia hic emergit celebris, & ad præximam utilissima quæstio, digna ut ei fiat

### S U B S E C T I O III.

*Quali intentione actus humanus conformari debet legibus, & præceptis? SEU. Qualis intentio requiratur ad completionem cuiuscunque legis, vel præcepti?*

#### S U M M A R I U M.

*Ad legem, vel præceptum quodvis implendum ordinari est.*

- necessaria est intentio faciendi ipsum opus præceptum  
 46. Exceptio latè patens, in foro præsertim extara.  
 47. Non tamen requiritur intentio satisfaciendi præceptum  
 48. Resoluntur exinde varii casus.  
 49. Nec etiam requiritur intentio finis præcepti  
 50. Sicut nec intentio applicandi fructum, felicitatis  
 operis præcepti; per loquendo, & leculo voto  
 contraсту.

## ASSERTIO VIII.

**A**dimplendam legem, vel præceptum quod  
 unum p  
 cuncte necessaria est intentio faciendi ipsum  
 opus præceptum: non item intentio satisfaciendi  
 ceptu  
 præcepto: non intentio finis præcepti; non immo  
 tarius  
 applicandi fructum seu effectum operis præcepti  
 tatio  
 se, & secluso voto, vel contractu. Hæc tota  
 non h  
 opus  
 non i  
 belitia  
 vi  
 viola  
 huma  
 per a  
 Nam  
 esse  
 E  
 vel p  
 taria  
 viole  
 cum  
 quan  
 ut et  
 decre  
 termi  
 tam

## §. I.

- N**ecessaria est intentio faciendi ipsum opus præceptum. Hoc est, ut quis voluntarie crea  
 ceat, adeoque velit, ac intendat exercere tal  
 actum seu tale opus, quale præceptum est. Quo  
 si ergo quispiam faciat opus præceptum, v  
 Missæ intersit, Horas recitet, &c. 1. Materi  
 ter tantum absque omni intentione, vel volun  
 faciendi opus pium, vel colendi Deum eo oper  
 2. Dormiens in somnio: 3. Plenè ebrius:  
 Simpliciter involuntarius ac invitus, quippe  
 actus, vel vi detentus in loco Missæ, vel con  
 nis, &c. Talis nullo modo satisfaceret præ  
 pto, sed aliam Missam audire, vel Horas repe  
 obligatus manet. Certum apud omnes telli  
 Gaspensi hic disp. 3. sect. 5. inicio. Marchant Tr

bnn. p. 2. Tract. I. tit. 7. q. 4. in Corollario. Ratio  
suprà data est. Quia ad implendum præceptum  
requiritur, quidquid est de substantia præcepti, il-  
lud autem est de substantia præcepti, quod est de  
intrinseca ratione operis præcepti, seu quod ad  
moralem substantiam operis præcepti necessariò  
requiritur: Atqui de intrinseca ratione operis  
præcepti est intentio seu voluntas faciendi ipsum  
opus, quod præcipitur; cum omni lege, vel præ-  
cepto utique præcipiatur actus humanus volun-  
tarius, qualis esse nullo modo potest sine dicta in-  
tentione; ergo quicunque non habet, vel etiam  
non habere potest dictam intentionem faciendi  
opus præceptum, ut in allatis exemplis, revera  
non implet, nec satisfacit præcepto, plusquam  
bestia aliqua. Sicut enim nullum præceptum  
violari potest nisi per actionem, vel omissionem  
humanam liberam, ita neque impleri poterit, nisi  
per actum humanum liberum. Dux ordinariè.  
Nam quoad forum externum præsertim potest

*Exceptio latè patens.* Potest enim satisfaci legi, 46  
vel præcepto humano. 1. Omissione involun-  
taria operis prohibiti: v.g. Titius præ inopia vel  
violentia impeditus die Veneris comedere carnes,  
cum maximè vellet adhuc satisfacit præcepto,  
quantum ad principale intentum omissionis, adeò  
ut etiam evitet pœnam ob esum carnium fortè  
decretam. Quia licet adhuc peccet secundùm in-  
tentum affectum indirectè prohibitum à lege: non  
tamen secundùm externum effectum & consum-  
matio-

mationem operis prohibiti sub tali poena. *Contra ceteram  
nus doctrinam.* 2. Satisfit involuntariâ solutione primum  
debiti realis: Ut qui quomodolibet involuntariâ ditione  
v. g. decimas Parochio præbet, tributum solvit, debet  
bitum domino reddit: præcepto satisfacit, ac non audie-  
nam in non solventes decretam evadit. *Quod  
debito reali principaliter attenditur res prætandata  
quomodo cumque præstetur.* In debito au-  
personali; ut auditione Missæ, &c. principaliter  
attenditur actio exercenda ab homine, ut per  
do humano & voluntario. *Sotus, Suarez, De  
chez, Azorius, alii cum Layman. hic 1.4.*  
3. Qui ex metu quo cumque facit opus præceptum  
debitè, alioquin non facturus: ut si metu penitentia  
carnibus abstineas, si puer meo verberum  
Dominico Missam debitè audiat, &c. alias  
facturus, talis satisfacere, ac formaliter imple-  
præceptum censendus est. Quia simpliciter  
& intendit facere opus præceptum, eti non in  
involuntario mixto secundum quid: quia mun-  
rum non vellet, nisi metus urgeret. *Vide idem  
suprà c. 2. n. 49. & 50.* 4. Quin etiam si metus  
tus esset causa principalis faciendi opus pre-  
ceptum, v. g. puero metus verberum audiendi Mis-  
sam, ita ut positivè nolle, seu expressam in-  
tentionem haberet non audiendi Missam, nisi pa-  
vel præceptor adesset, interim tamen devoti  
diat, revera satisfacit: quia implet totum opus  
Ecclesia præceptum scilicet attentam ac religiosam  
auditionem Missæ, ita ut postea aliam Missam  
dire non teneatur. *Quamvis adhuc simul pa-*

cet peccato interno commissionis contra præceptum Ecclesiæ, quatenus directè præcipiens auditioñem Missæ voluntariam, indirectè simul prohibet voluntatem & propositum contrarium non audiendi Missam: juxta dicta supra num. 39. &

40. Similis casus est, si oblectatio piscium sit causa motiva principalis jejunandi, ita ut si tam boni pisces non adessent, nollet quis simpliciter jejunare. Et simili ratione adhuc peccat, qui post legitime impletum præceptum postea mali-  
tiose dolet, se v. g. Missam audivisse, carnis abstinuisse.

§. II.

**N**on item intentio satisfaciendi præcepto re-

quiritur ad implendam legem vel præceptū.  
Contra Navarrum, Medin. Azorium, alios com-  
munior sententia. Suarez l. 4. de Horis c. 26. Vas-  
quez l. 2. q. 100. art. 9. Sanchez l. 1. Moral. c.  
13. Layman c. 4. n. 7. alii apud ipsos. Ratio est:  
Quia intentio seu voluntas satisfaciendi præcepto  
est actus internus non habens necessariam conne-  
ctionem cum opere præcepto: non ex natura ipsi-  
us operis, ut constat; neque ex vi ipsius præce-  
ptū, quia lex vel præceptum quodcumque solūm  
principit voluntariam operis executionem, ut ni-  
minum voluntarie facias id, quod præceptum est,  
v.g. devotè Missam audias, &c. minimè verò pe-  
culiarī actu quali reflexo velis, vel intendas satis-  
facere ipsi legi, vel præcepto, vel explicatā vo-  
lontate ideo velis exercere tale opus, quia præce-  
ptum est, quod sapientē imperfectionis est, & animi  
ser.

servilis. Facere autem opus simpliciter, & ~~ad~~ bonum est, est perfectionis: quo sensu intellexi potest dictum Apostoli. 1. Tim. 1. Lex ~~injusta~~ ~~est posita, sed injusto.~~ Quia nimirum iustus ~~in~~ tur in opus legis, animo spontaneo, & amore, non timore præcepti. Unde resolvendi casu

48 I. Si die Dominicâ, solâ privatâ devotio ductus audias Sacrum, aut non recordans Dominicæ, aut nihil cogitans de obligatione adeoque absque omni positiva intentione faciens præcepto; nihilominus satisfacis, quantum opus lege præceptum implevisti: nec recordatus diei, vel obligationis, teneris Missam audire. Quâ eadem ratione, eximetur scrupulus illis, qui tempore Paschali ordinari pietate confitentur, & communicant, nihil cogitantes de tempore, & obligatione præcepti. Ita stea verò recordantes putant se non satisfactos, cum tamen reverâ opus præceptum impleverint. Unde neque postea tenentur elicere novam intentionem, quâ velint satisfactum per præceptum, in quo ipso non tenebamur habere intentionem, sed sufficit, quod mutata prius persuasione, judicent se jam satisfecisse priori delicto. Alioquin quamdiu manerent in opinione, quod non satisficerint, utique ratione conscientia emerebatur, ne ternerentur adhuc satisfacere, denuò Missam audiendo, confitendo, communicatingo: at non intentione præcepti.

II. Quin etiam, si quis implens opus præceptum, v. g. Dominicâ die Missam audiens, habet

ret actualem intentionem, eâ Missâ non satisfaciendi præcepto, sed privatæ devotioni, attamen positive non excludens voluntatem satisfaciendi præcepto, quia proponit postea interesse summo Sacro, &c. Idemque est, si quis simili animo confiteretur, & communicaret in festo Annuntiationis B. V. M. incidente tempore Paschali, volens iherum confiteri ratione præcepti in Paschate, &c. uterque verè satisfecit, ut non teneatur ad secundam Missam, Confessionem, Communionem, eademque est ratio in Horis. Ut si quis cum infirmo, hospite, vel alio legit Horas Canonicas, minimè intendens tunc satisfacere obligationi suæ, sed volens postea denuò dicere in Choro, si sciat, se primâ vice sufficienter dixisse, satisfecit, nec repetere tenetur. Similiter scrupulosus inter recitandas Horas involuntariè distractus, habet pro non recitatis, & proponit postarepetere: dummodò certò non constet, distinctiones suisse voluntarias, non tenetur, imò prohiberi debet postea repetere. *Ex comuni Layman.*

March. c. cit. quamquam, excepto scrupulo non pauci contradicant. *Ratio omnium est.* Quia obligatio legis præcepti præcisè pendet ex voluntate Superioris Legislatoris, seu Præcipientis: unde non est in potestate inferioris prorogare obligationem legis, vel præcepti, aut facere, ut lex vel præceptum adhuc obliger, postquam opus præceptum re ipsa quoad substantiam impletum est: atque in casibus propositis & similibus supponitur opus præceptum, jam priori actu re ipsa impletum

est.

esse quoad substantiam: ergo tu inferior tuā voluntate pro tunc non implendi, sed postea alio cito, non potes facere, ut reverā non impletum sed adhuc obliget præceptum, nec consequenti amplius teneberis, dummodo persuasionem illam rationeā deponas, ut casu priori jam monitus fuisti.

III. Qui facit opus præceptum positivē encodendo intentionem satisfaciendi, atque adeo corporativa contraria voluntate simpliciter non sufficiendi præcepto: v. g. die festo a undis Sacram affectus voluntate: *Nolo hāc Missā implere præceptum Ecclesiae*, idque abque omni proposito, ipse postea implendi alio Sacro, atque in ea voluntate persistens, tempus implendi præceptum effluere sinit, is affectu interno, & formaliter in dubio non satisfacit præcepto, sed peccat mortaliiter peccato interno commissionis, nimis rōmalis inobedientiæ ac contemptus ipsius præcepti, saltem contra legem divinam naturalem prohibentem, nolle iustis legibus ac præceptis Ecclesiæ obediens: is tamen nihilominus in effectu impleret præceptum Ecclesiæ de audienda Missa, ut simpliciter de peccato omissionis contra præceptum Ecclesiæ argui non possit: quia supponitur opus præceptum secundūm substantiam impluisse, & suā nolitione contrariā, non possum efficere, ut præceptum reverā, & in effectu impletum non sit. Unde neque tenebitur potest audire aliam Missam, saltem si intra tempus, q[uod] præceptum adhuc impleri posset audiendo aliam Missam, intentionem suam referret ad prius ad-

ditam Missam, volendo per illam præcepto Ecclesiae satis factum, ut cum Suarez & aliis exigunt Caspensis cit. disp. 3. Sect. 5. Marchant Trib. p. 2. Tr. 1. tit. 7. q. 4. in corollario. Quod tamen ipsum non necessarium esse ad implendum præceptum Ecclesiae, quippe jam in effectu & substantia impletum, sed solum ad emendandum illud aliquid peccatum internum maligni affectus inobedientiae, recte consequenter cum Sanchez, Salas, allis docuit Card. de Lugo, de Eucharistia disput. 22. sect. 2. n. 21. ex quo Busenbaum l. 1. tratt. 2. c. 3. dub. 4. Eadem porrò ratio est in aliis legibus & casibus similibus. At

IV. Non omnino eadem est ratio de obligatione ex voto, vel promissione. Quod si enim quis obligatus voto recitandi Rosarium, immemor voti & obligationis suæ, ideoque sine intentione satisfaciendi, recitet devotè Rosarium, adhuc satisfacit: sicut & is, qui alteri promisit donare rem quampiam, si postea immemor promissionis suæ donet, obligatione liberatur, eadem ratione quâ de lege vel præcepto *suprà casu 1.* dictum est. Vide etiam dicta c. 1. n. 90. At verò, si recites Rosarium cum positivo animo tunc non implementum votum; quia proponis postea implere: vel omnino non vis implementare, simpliciter non solvis, sed denuò tenetis recitate ad implendum votum. Sicut etiam, si debito pecuniario adstrictus, creditori dans pecuniam, significes, te protinus nolle solvere debitum, sed gratis donare, manebis obligatus adhuc solvere, contrà, quam de lege, vel

THEOL. MORAL. PARS I. X præ-

præcepto dictum est *casu II. & III.* Ratio dispartatis est. Quia obligatio legis, vel præcepti pacisè pendet à voluntate Superioris præcipiens non autem inferioris, in cuius proinde potest non est extendere obligationem ultra intentionem obligantis, seu præcipientis, qui hoc solum præcepit, ut opus præceptum fiat, quo facto, obligatio extincta manet: at verò obligatio voti, cuiuscunque promissionis, præcise provenit à voluntate & intentione ipsius votentis, vel promittentis: qui, sicut ab initio liberà voluntate arbitratu suo, debitorem se constituere potuit, etiam in debito, seu obligatione sponte suscepit libera voluntate & arbitratu suo perseverare potest: ideoque faciens opus cum intentione prout tunc non implendi votum, vel promissionem suam, manebit obligatus, sicut antea, uti contra S. chez & alios, rectius resolvunt *cum aliis Sacra* 4. de Horis c. 26. Layman. hic l. I. tract. 4. cap. 4. n. 7.

## §. III.

49 **N**on intentio finis præcepti, seu à præcepto tenti requiritur, ad impletandam legem, præceptum, neque adeò obstat intentio alterius finis, vel circumstantiarum pravæ: sed impleto operæ præcepto, modò ex objecto, & secundum operam bono, etiamsi ex fine, vel circumstantia contraria, præceptum tamen impletum manet. Communis Doctrina ex S. Thoma I. 2. q. 100. art. 9. & 10. Ratio est. Quia lex, vel præceptum

manum solum præcipit actum secundum substantiam bonum, non autem præcipit modum actus, maximè internum, qui ad substantiam actus non necessarius, sed omnino extrinsecus est: atqui intentio finis præcepti est actus omnino internus, & ad substantiam actus minimè necessarius: ergo non requiritur ad impletionem præcepti, & juxta commune dictum: *Finis præcepti non cadit sub præceptum.* Ex. gr. Præcepti Ecclesiastici de jejuniis finis est refrænatio gulæ & concupiscentiæ, ut caro spiritui subjiciatur: Satisfacit huic præcepto, qui voluntariè debito modo jejunans, non tantum ejusmodi finem positivè minimè intendit, sed etiam qui intenderet oppositum finem pravum, ut si jejunet ad vanam gloriam, vel ut gulam piscibus oblectaret, aut vinô, quod jejunantibus varetur. Similiter, qui die Dominicâ Sacro cum debita intentione, & attentione assisteret, satisfacit præcepto Ecclesiastico, et si propter alium finem, vel circumstantiam malam, prava vanam gloriam, ut oculos luxuriosè pascat, ut quidpiam suretur, &c. peccaret etiam mortaliter contra aliam legem divinam. Ex communī Sanchez l. 1. Moral. c. 14. Layman. cit. n. 6. Lugo cit. sect. 2. n. 23. Caspensis cit. sect. 6. Addentes eādem ratione impleri votum, vel juramentum Deo factum, & penitentiam Sacramentalē: actu scilicet secundum speciem bono, et si aliunde ex fine, vel circumstantia vitiato, & peccaminoso.

## §. IV.

**S**o **N**on intentio applicandi fructum, vel effectum operis præcepti, requiritur ad implendum præceptum, neque præcipi potest ullâ lege, ne præcepto humano, v. g. ut Missæ, orationes, junia, aliisque opera pro hac, vel illa intentione fiant: per se, secluso contractu vel voto. Communis. *Suarez l. 4. de leg. c. 13. n. 16. Layman alii suprà.* Ratio sèpè dicta est. Quia ejusmodi intentiones sunt actus omnino interni, nullum cum actibus externis habentes moralem connexionem per se secluso contractu, vel voto. Atque Sacerdos, hoc ipso, quo suscipit Beneficium, Capellaniam, aliudve Officium Ecclesie in qua Missæ ad certas intentiones v. g. pro Fundatoribus, pro Familiis, in honorem ceterorum Sanctorum celebrari debent, vel solent, pacted vel contractu, saltem implicito se obligat ad eura celebranda cum tali intentione, juxta præceptum, vel dispositionem Superioris Ecclesiastici. Similiter Religiosus, hoc ipso, quo profectus est Religionem in aliquo Ordine, vel Monasterio, quo Missæ, orationes, jejunia, aliisque pia opera ad certas intentiones pro Fundatoribus, Beneficioribus, &c. applicari solent, & debent, et implicitè promisit, & se obligavit Superioritate dire, si ejusmodi intentiones præcipiat. Quam admodum enim Superior reditus, & eleemosynas à Fundatoribus seu Benefactoribus collatas, commune proportionaliter distribuere debet; etiam obligationem naturalem pro iisdem factis.

scandi, orandi, &c. inter Religiosos proportionaliter distribuere potest, & debet: adeo ut Religiosus juxta intentionem à Superiore præfixam non celebrans, orans, &c. graviter peccet proportione materiæ, non tantum contra legem naturalem gratitudinis erga Benefactores, sed etiam contra obedientiam erga Superioris, qui ratione voti obedientiæ disponere possunt non tantum de omnibus actibus externis Religiosi, sed etiam de internis illis, qui ad observationem Statutus ac Professionis spectant, ut suprà etiam num. 35. notatum fuit.

## SUBSECTIO IV.

Qualiter Voluntas humana conformanda sit  
cum voluntate divina.

### S U M M A R I U M.

51. Proponitur status difficultatis.
52. Sanctorum quidem & meritorum est voluntatem nostram conformare cum divina in volito formalis, volendo, quidquid, & quā ratione Deus ipse vult.
53. Ad id tamen non semper positivè tenemur, in volito si-  
me materiali, sive formali;
54. Imò ne negativè quidem in volito materiali, quin illud  
afflctu simplici, & sub alia ratione semper licite nolle  
possimus.
55. Ac etiam efficaciter, quoties objectum recta ratione effi-  
cibilis, & nobis de voluntate Dei efficaci absoluta, &  
anteecedente circa illud non constat, esto constaret de  
voluntate ejus subsequentे tantum.

Certissimum est, voluntatem in rectè agendo § 1  
necessariò debere esse conformem voluntati  
divina præcipienti, vel prohibenti aliquid; du-

bium autem non parvi momenti est, qualiterve  
luntas nostra cōformanda sit divinæ volum  
solum volenti, vel permittenti aliquid: aut in vo  
to materiali, ut scilicet voluntas nostra velit id  
quod divina; aut in volito formalis, ut scilicet  
luntas nostra velit aliquid sub eadem ratione,  
illud vult voluntas divina. Quæstionem mul  
tipleū unā assertione conglobatā brevissime  
solvo more consueto.

### ASSERTIO IX.

**L**icitum, sanctum, & meritorium est, vel  
tem nostram omnimodi conformare cum  
vina in volito formalis, volendo scil. quidquid  
quâ ratione Deus ipse vult: non tamen semper  
nemur positivè in volito, seu materiali, si  
malis, neq; etiam negativè in volito materiali, at  
lud nunquam liceat nolle; sed semper affectu  
plici, & sub aliaria ratione licet possumus nolle, cum  
efficaciter, quoties objectum rectâ ratione p  
bile, & nobis non constat de voluntate Dei effi  
absoluta, & antecedente circa illud. At  
multiplex more solito explicatur breviter, cap  
si possis, sin minus, transi.

### §. I.

**S 2 L**icitum, sanctum, meritorium, arque per  
ditionis est, voluntatem nostram omnimodi  
conformare cum voluntate divina in volito  
materiali, volendo scilicet, quidquid Deus vult, tan  
tione, quâ ipse vult. Certum apud omnes, quod  
voluntas divina est infallibilis honestatis, qua

potest velle malum, idemque quidquid est à DEO volitum, quatenus ab eo volitum, necessariò semper bonum ac honestum est, imò consideratis omnibus semper melius, quam oppositum: ergo non tantum licitum, sed etiam sanctum, meritum, atque perfectionis est, juxta quod oramus à Christo edocti verbo & exemplo: *Fiat voluntas tua, omni modo conformare voluntatem nostram cum divina in quocunque volito formalis,* quin etiam in omni volito materiali, secundum le rectâ ratione volibili, duobus solummodo exceptis, scil. omni malo culpæ, & malo pœnæ proximi. Nam permissionem peccati proprii, vel alieni à DEO volitam, licet quidem & ipsi possimus velle, & approbare formaliter, eâ nimis ratione, quâ id Deus vult, & permittit, materialiter tamen secundum se id velle non possumus, sed nolle semper obligamur peccatum. Similiter malum pœnæ à Deo volitum proximo, imò ipsam æternam damnationem reprobis, formaliter eâ ratione, quâ à Deo volita sunt, & nos velle possumus, sic enim sunt absolute bona: at verò ipsa mala materialiter, secundum se, etsi à Deo volita, nos tamen proximo velle non possumus, multò minus facere: quia illud contra charitatem, hoc autem esset contra iustitiam. Unde in illud Prov.

1. Ego quoque in interitu vestro ridebo, eleganter  
D. Bernardus serm. 8. in Psalm. Qui habitat;  
scribit. Quid in insipientium interitu credimus Sa-  
pientie placitum, nisi justam suam dispositio-  
nem? Sane quod Sapientia tunc placuit, sapienti-

bus quoque placere necesse est universis. Non quod  
immanitatem quâdam crudelitatis in ipsa uita  
complacent; sed modus ipse pulcherrimus, di-  
uinae ordinationis, ultra quam dicere potest, oblitus  
Hæc Sanctus,

## §. II.

**I**3 Non tamen tenemur positivè semper volun-  
tatem nostram conformare cum divinæ in-  
sensu seu materiali, seu formalis; quia nollum habemus  
præceptum affirmativum nobis imponendum ut actu semper velimus, vel approbemus id, ratione,  
quod, & quâ rareione DEus vult: nisi  
positivè solum quoad voluntate formale: ut scilicet  
positivè non nolimus, vel improbemus aliquod  
DEO volitum eâ ratione, quâ à DEO volitum.  
Ratio dicta est. Quia quidquid vult DEus, nece-  
ssariè vult sub ratione boni & honesti, atque ad  
nem bonum, secundum regulam divinæ sua pro-  
videntiaz: atqui voluntas nostra nunquam pos-  
nolle aliquid sub ratione boni, & honesti, seu ad  
nem bonum, præsertim secundum divinam pro-  
videntiam: quo sensu verum est vulgatum illud  
dictum ( mihi incertum, quo loco ) D. Augustinus:  
*Impius est, cui non placet divina providentia.* In-  
tellige: *cui non placet contrariè per displicientiam*  
positivam: non autem *cui non placet negative* esse  
cum, qui scilicet actualē de divina providentia  
complacentiam non habet: hoc enim per  
nullâ lege requiritur.

§. III.

Non negativè quidem tenemur voluntatem⁹⁴  
nostram conformare cum divina in volito  
materiali, ut illud nunquam liceat nolle, sed sem-  
per affectu simplici, & sub alia ratione licet posse  
nolle. Communis DD. cum S. Thoma. I. 2. q.

19. art. 10. Ratio est. Quia semper licet possumus nolle malum, quia tale est, nisi aliquid obstat: sed volitum à DEO, quantumvis efficaciter, & sub ratione optima, sub alia tamen ratione potest nobis esse malum, vel disconveniens, ut mors, tormenta, calamitas, morbi, & quodvis malum poena; ergo volitum à Deo materiale, sub alia ratione mali nobis propositū affectu simplici nolle semper possumus, et si non semper affectu efficiaci. Quinimò talis nolitio simplex sub hac ratione mali, actu potest stare cum volitione absoluta efficaci illius objecti secundum illam rationem, quia à Deo est volitum. Patuit manifeste in ipso Christo orante in horto: *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: verum tamen non mea, sed tua voluntas fiat:* apertè ostendit, se quidem voluntate simplici inefficaci, & conditionata nolle ac abhorrere passionem, & mortem, tanquam malum naturæ; at vero voluntate absoluta, & efficaci se omnino esse conformem voluntati divini Patris: *non mea, sed tua voluntas fiat.* Sic D. Paulus efsi bene sciverit, Deum velle ipsum diutius vivere, attamen affectu simplici contrario suspirabat: *Cupio dissolvi, & esse cum Christo.* Quo sensu dixit D. Augustinus Enchiridii c. 101. 3.

X 5

Ali.

Aliquando bona voluntate homo vult aliquid quod Deus non vult: tanquam, si bonus filius vult vivere, quem Deus bona voluntate vult. Nec contradicit idem in Psalm. 35. sic scribitur: Si, quando sanus es, dulcis est voluntas; & quando agrotas, amara est voluntas, nec redditus curia. Quare? Quia non vis voluntatem tuam dirigere ad voluntatem Dei, sed eam vis curvare ad tuam. Hæc Augustinus: sed manifestè loquens distinctione aboluta, & excludente volitionem voluntatis conformem voluntati divina, ut significat ipsa verba: non vis, &c. Neque his obstat reprehensio divina Samuelis lugentis reprobationis Saulis sibi revelatam: Usque quo in lugere Saul cum ego abjecerim eum. Respondent enim Aleni & Lyranus noster ad illum locum: Verba la Dei ad Sanuelem, non fuisse reprehendenda, sed monentia, ne forte Samuel putaret, revelationem sibi reprobationem Saulis esse tantum consummatoriam, ut solent esse ejusmodi revelationes, non absolutam. Ulterius

## §. IV.

**S**ed quandocumque non constat nobis de voluntate Dei efficacia absoluta & antecedentia non constaret nobis Deum aliquid velle efficaciter. In intate tantum consequente, seu ex suppositione consensu, vel cooperatione, possumus adhuc iudicium nolle etiam efficaciter, quando nimis objecit recta ratione est uilibile, ut maxime est in peccatum, & damnatio eterna. Communis Theologorum apud Vasquez, hic disp. 72. c. 3. Ra-

Quia tunc Deus non vult illud efficaciter  
 absolute, sed solum supposito nostro consensu,  
 vel cooperatione: ergo non contra voluntatem  
 ipsius, ut illud, quantum in nobis est, nolimus,  
 & fugiamus. Exemplum habes in Apostolo Pe-  
 tro, cui Christus Dominus asseveranter prædixit  
 peccatum trinæ negationis: *Amen dico tibi, quia  
 in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me ne-  
 gabis:* Matth. 26. Constatbat ergo permissionem  
 illius peccati à Deo defactò esse volitam: at quia  
 non erat volita voluntate absolutâ & antecedente,  
 sed voluntate consequente ex præviso, & supposi-  
 to consensu & operatione Petri, ideo Petrus re-  
 stè efficaciter voluit contrarium, dicens *ibidem*:  
*Etiam si oportuerit memor tecum, non te negabo.*  
 Alioquin Petrus simpliciter fuisset perplexus, ut  
 quidquid voluisse, necessariò peccasset: Si enim  
 noluisse, peccasset contra divinam voluntatem  
 peccatum permittentem: si autem voluisse, pec-  
 casset contra eandem voluntatem, & legem divi-  
 nam peccatum prohibentem: consequens est fal-  
 sum: ergo, &c. Unde sequitur. Quodsi cui  
 divinitus revelata esset finalis reprobatio, & dam-  
 natio propria, nihilominus adhuc, non tantum  
 licite posset, sed etiam teneretur efficaciter nolle,  
 & conari in contrarium ad evitanda peccata, &  
 impediendam reprobationem. Quia reprobatio  
 revelata ante mortem est actus divinæ voluntatis  
 consequentis tantum ex suppositione propriæ  
 cooperationis, & finalis impenitentiæ: & quia  
 per talen revelationem reprobationis ab homine

neque

neque libertas, neque obligatio ad bene agendum tollitur, ideo homo adhuc manet, & potest obligatus ad bene agendum, & vitandum omni peccatum. Veruntamen talem propriationis certam revelationem, divinæ Sapientiæ Bonitati repugnare, piè ac verosimiliter opus est. S. Bonaventura in I. d. 48. in expositione sua Magistri. Eâdem ratione dicendum, sicut velata esset reprobatio aliena, adhuc licet eo orare, cum corripere, ad bonum impetrare tempore vitæ. At verò pro defacto jam datum non licet amplius orare secundum omnem S. Augustino l. 21. *De Civitate Dei*. c. 24. Quid licet damnatio nulli volita sit absolute voluntate antecedenti, sed tantum voluntate consequenti ex suppositione peccati mortalis, & impunitiæ finalis in transitu vitæ; posito tamen eo peccato finali in morte peccatoris, decretum damnationis transit in antecedens, & absolute Universaliter autem, quandocunque constat. Deum aliquid velle voluntate efficaci absolute antecedente, independenter à consensu, vel coniunctione voluntatis nostræ, constat, nunquam autem nobis esse voluntate absoluta, & efficaciter velle contrarium sub quacunque ratione. Et os fultum sanè esset nolle efficaciter, quod Demosthenes constaret efficaciter velle? talis enim nolit includit intentionem impediendi voluntatem efficacem, & consequenter destruendi voluntatem eius, Omnipotentiam, & Immutabilitatem. Absint insaniae istæ falsæ à nostris *Attibus Humanis*.

Sext. I. De Natura peccati in genere. 333

ne agendis semper recta ratione, & secundum voluntatem Dei dirigendis in ultimum nostrum.

**FINE M  
DEUM OPT. MAX.  
AMEN.**

**CAPUT IV.**

**DE**

**PECCATI**

*Natura, Distinctione, & Divisionibus.*

Peccatum, generalissime sumptum, est *defectus voluntarius creature rationalis contra legem DEI*. Sive, ut definit Valentia *tom. 2. disp. 6.* q. 1. Est defectus quidam voluntarius perfectio-  
nis debitæ ex legæ Dei, ad consequendam beatitudinem. Dividitur in *originale*, & *personale* :  
& hoc in *actuale* & *habituale*. Peccatum origina-  
le definitur: *Privatio justitie, & sanctitatis de-  
tinuisse singulis ex pacto facto à Deo cum Ad-  
amo*. Peccatum personale, & actuale dicitur, quod  
propria operantis voluntate committitur. Pec-  
catum habituale vocatur, quod post actuale, per  
modum habitualis defectus, & maculæ in anima  
perseverat, donec remissione deleatur. Peccatum  
*personale*, & *actuale* tantum est considerationis

Theo-